ANNALES SARDINIAE.

PARS II.

2)

NAPOLI

ANNALES SARDINIAE.

PARS II.

An. Christi 1. *An. Oct.* 42.

IESVS Chriſtus, ęternus Deus, ęterniq; Patris Filius, longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, profunditas propter ſapientiam, mundũ volens aduentu ſuo piiſſimo cōſecrare, & genus humanum ſua morte ſaluare, pro eo nimirum æterno Patri, Adæ debitum ſoluens, veteriſq; piaculi cautionem pio cruore detergens, terrenis demum cæleſtia, humanis iungēs Diuina; de Spiritu Sancto conceptus, nouemq; poſt ſuam ineffabilem Conceptionē decurſis menſibus, in Bethlehem Iudæ ex Maria Virgine naſcitur factus homo. Hunc in Spiritu & veritate adoremus, Deum de Deo, Lumen de Lumine; Deũ verum de Deo vero; hunc timeamus, omnipotentem, cui nequit reſiſti, ſapiētem cui nequit abſcondi; hunc ex intima viſcerũ ſede amemus Amabilem, Amantem, Amaſium, Amoremq; met ipſum, Ieſum.

Hocce Chriſtianorum ſalutis initium; hoc humanæ felicitatis exordium; hocce 3952. à rerum faſcia, anno temporis plenitudo. Deſideratum cunctis gentibus, cum omnium creaturarum gaudio lætitia, iubilo, detulit Saluatorem, Glorificatorem, Glorificatum, Gloriam, Glorioſum. Regi pacifico, pacificus eſt ingreſſus; dum ſub vno regitur capite mũdus; miteſcit à prælijs vniuerſus; componitur orbis, ſæcula dulcia conſecrantur; Martia quæ rigebat euanuit, bruma diſparuit: Obſtructis ſiquidem Iani foribus, vbiq; locorum ac gentium nubila pax ſerenat. Agnoſcitur Cæſar domnus à mortalibus iam iam cunctis: agnoſcitur natus Ieſus rerum omnium, non domnus ſed Dominus maieſtatis adoratur & colitur Cæſar Maximus; ab acaro Cęſare, *Hęc eſt Ara cæli*, oraculo cælitus intonante, erecto altari litatur, libatur Altiſſimo. Iurant hoc æuo Iudęi in Regem ſuum, Aſcalonitam, Idumęumq; Herodem: iurant eodem, venerantur, adorāt æternum, immortalemq; Regem Dominum recèns ortum Ieſum dulciſſimũ creaturæ. Naſcenti ſiquidem ex Patre iam ante ante omnia ſęcula, Redemptori vniuerſitas rerum obſequitur, gratulatur, applaudit. Quot & quanta, quot & qualia prodigia, ſigna, portenta per ampliſſimam orbis vaſtitudinē terræ viſa! *Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cęli*, canit Eccleſia. Hæc Theophilus, à doctiſſimo viro Pelbarto relatus, mentis arrigens aures vt ſonant verba capeſſit perq; orbem omnem melle roraſſe nõn dubitat. Quod ſi, iuxta hunc, per totum terræ ambitum pluit melle, Sardinia quoq; melliſluis hiſce imbribus madefacta eſt. Quin & alia quoq; ibi mirifica contigere: ibi inquam, vbi tot Martyrum athletarum theatrum nobile triũphale Deus Optimus Maximus prænouerit ſtructum iri: naſciturum in humanis mentibus fide Filium. Tres illi Soles, quos in Hiſpania conſpectatos memorat Diuus Thomas; Sardiniæ quoq; noſtrę ſereniſſimos raidos minimè ſubtraxere; imò vti finitimam, ipſam fulgētiſſimi colluſtrarunt. *Credibile eſt etiam* inquit Sanctus, *in alijs partibus mundi aliqua indicia Natiuitatis Chriſti apparuiſſe*,

In Sard. multa prodigia in Nat. Dominica viſa.

ſicut Romæ fluxit oleum, & in Hiſpania apparuerunt tres Soles, paulatim in vnum coeuntes. Hæc ipſe in 3.par. quæſ.36.art. 3. Meminit Plinius lib 2. cap. 31. alijq; Scriptores iubarum trinitatis eiuſce: quę Trinũ, & vnum Deum, in vnum coeuntibus phæbis ipſis, ænigmate lucido perumbrabat. Naſcebatur enim, concomitantibus Genitore, Paracletoq; Filius, Deus homo. Qui ſicut in diuinitate cũ Patre, & Spiritu Trinitatem perſonalem vnitatemq; eſſentialem ſubſtantialemq; ſibi conſtituunt; ſic (ita Bernardus, lib. 5. Conſid. ſerm. 3. de vig. Nat Dom.) in coniunctione Dei, & hominis, trinitatẽ ſibi ſubſtantialem, vnitatemq; perſonalem in Virginis vtero coaptauit. Et ſicut ibi Perſonę non ſcindunt Vnitatem, eaq; non minuit Trinitatem; ita & hic Perſona Diuina ſubſtantias, carnem nimirum, & animam non confundit, neq; iſthæc Perſonę ipſius diſſipant vnitatem. Docet Fides, & credimus, in Chriſto Ieſu, Verbum, Carnem, & Animam in vnam cõueniſſe Perſonam: & hæc tria vnum, & hoc vnum tria, non in confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate Perſonæ. Magnum? Ibi tres perſonæ, vna eſſentia; hic conuenientiſſima quadam contrarietate tres eſſentię, vna Perſona. Vtrumq; illa phębæa trias myſterium adumbrabat, vtrũq; in ipſa diluculare voluit Sacramentum. Hoc Sardinia velut ethnica non agnouit id minus mundus Idolicus intellexit. Veneratus eſt tamen ęnigma, globoſq; illos attuitus, more paganico coluit, adorauit. Sic; verùm Sardinia ſuo modulo tenet arcem; dum eius caput, & Princeps, Calaris vtiq; Solis ciuitas appellata. (quòd eam faberrimum Solis templum, ſub Apollinis cognomento magnificentiſſimè decoraret) tota Solis obſequio incumbebat. totam ſe ſe perluſtrandis, explorandiſq; atq; ſcrutandis, totamq; inſuper obſeruandis Titani laboribus, greſſibus, & veſtigiis ſe dediderat. Apolliniades Ariſtæus; hunc Calarim condidiſſe vllis, auxiſſe, & ampliaſſe quibuſdam Sacroſanctum eſt. Ecquis igitur Soles trinos, pluſquàm alię Ciuitates, & loca, nõ ueneratam ambiget Calarim? Nil ambigimus, credimus, & firmamus. Lucæ Tudenſis elogium prætioſum: fulgentiſſimam enim nubem apud Hiſpaniam, in eius hiſtoria, viſã adſtruit nocte illa, qua ortus eſt Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Hanc & Sardinia noſtra vidit, eiuſq; fulgoribus eſt aſperſa: tellus emicuit, eoq; ſub lumine mare ſplenduit. Sardoum? Ipſum Sardijs; ipſum gemmis, coralliſq; fætum, tantorum, tanteq; nubis & iubarum radijs, atq; lumine roſeis extitiſt purpuratum. Tantæ inſulæ; vtriuſq; Heſperię iecoris, molem à tanto rerum omnium plauſu ſecernemus? A tot prodigiorum ſpectaculis excludemus? Orbis angulum non excludimus. Biuarij, in Lucium Dextrũ Comment. verba, quàm aurea? *Natalis Domini apparere clara prognoſtica congruum fuit; quã doquidem vtrobiq; potiſſimè fides nati Dei elucere poſtmodùn debebat.*

Eoum deniq; auricomum illud Sydus; Stella demum illa, quæ teſte Eccleſia, *Solis rotam vincebat decore, ac lumine* proculdubiò non delituit; proculdubiò, quin Sardoicas quoq; noctes ſuo vaſtiſſimo lumine perluſtraret, curſum ad Incunabula non peregit. Si enim decore ac lumine Solem vincens, ſolq; ſic lucens vt illuminet orbem omnem, quid repugnat, vt ſuo lumine noſtras quoq; auras deauraret Stella ipſa?

Auguſtus & Romæ & alibi Sacras ędes vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas reficit, eaſq; & cæteras opulẽtiſſimis donis adornat. Hæc in Sardinia quoq; Cęſar exercet, dum Viam latam augeri, ampliariq; iubet; ædeſq; ſacras & tẽpla mole Cæſarea locupletauit. Templum autem, ſuo nomini, ac Romæ, in Sardinia dedicatum non ſuo ſoli, ſed Romæ quoq; nominibus voluit conſecrari; nec ſecus id ſtare permittens, argenteas ſtatuas, quas publicè, priuatimq; Inſula illi poſuerat, conflare pręcepit, Apolliniſq; templo cortinas aureas dedicare. Vt pote qui, vt refert Suetonius, Prouincias validiores, & quas annuis Magiſtratuum imperijs regi nec facile, nec tutum erat, ſuſceperat, Sardiniam ex validioribus alteram, ſibi retinuit prouinciam. cum cęteras pro Conſulibus ſortitò permiſerit.

An.Chr. 3. *An.Oct.44.*

HErodes cum Chriſti natiuitatem Magorum indicio cognouiſſet, vniuerſos in Bethelehem paruulos iuſſit interfici. Sardinia per id æui Prætoribus regebatur, ac antea. nec ad alia quã eius ad ornamentum, atq; decorem Romani Conſules intendebant, eſtò nimirum ad alia Inſulæ res concernentia, ſtante pace, qua tunc temporis fruebantur. Vellent

nonnulli

nonnulli, hoc cuum circiter, Iuliam Cęſaris filiā in adulterio deprehēſā relegarā; quandam in Inſulam, vt ſcribit Zonaras par.2. Annal. Quam ſed Inſulam? Sardiniam? Pontiā credimus. Sardiniam verò non Iuliæ quidem ſed vllis, ex multis rem ob ipſam, qua Iulia in exilium miſſis, adſcriptam non dubitamus. In Inſulas enim, ait Zonaras, pulſi fuêre inter haſq; eam, quæ remotior, exularem ipſis effectam, pro certo habemus. At nō paruæ iſti conditionis ac ſtatus; primiores potius titulisq; condecorati Viri erāt qui huiuſmodi exilium pertulere, Zonara teſte. Quorum Anteſignanus, riualium Iuliæ Iulius Antonius neci prius datus eſt; dein alij Regnum affectantes, ferro ſublati: reliqui verò in Inſulas exularūt: Romana reuera nobilitas. Infanticidiū autem illud, quo impius, & ab omni humanitatis ſenſu alienus, Herodes bimulos teneriores q; Bethlehemiticos puellulos contrucidauit, per totum ferme cōſtrepuit orbem. Vnde quum Cæſar audiſſet filium quoq; iuſſiſſe interfici, *melius* ait, *eſt Herodis porcum quàm filium eſſe.* Sic Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 4. refert Nicephorus lib. 1. Eccleſ. hiſtor.

Hocce met anno Ioſeph, admonitus cælitus, citra moram, & cunctationem; Matre & Puero, receptis, quò Tyranni cædem euitet, in Aegyptum noctu ſeceſſit: ibiq; trienne, iuxta Epiphanium, exilium tolerat.

An: Chr. 6. *An. Oct.* 47.

REX Tyrannus morbo intercutis, atq; ſcatentibus toto corpore vermibus, miſerabiliter, & dignè moritur: & in eius locum ab Auguſto gnatus ſubſtituitur Archelaus, cuius mentionem Euangeliſta facit. Tetrarchiæ, quas meminit ſacer codex, hocce met anno, cùm Archelai principatu, erectę. Herodi Galilæam, Philippo Ituream, & Trachonitidem regionem: Lyſaniæ Abilenen, Cęſar adſcripſit. Archelaus verò Iudæę Prīceps hoc anno in ſeditioſos, qui Templi dominium inuaſerunt, animaduertens, tria millia trucidauit; cæteroſq; Ieroſolymis expulit, & in ſuas quoſq; prouincias edicti vigore reuerti coegit. Affluxerant omnes ſingulis è mundi prouincijs tunc dierum ad Paſchalē ſolemniſſimam celebritatem Iudæi, concitoq; tumultu, Templi limina corripientes, violenterq; aditus, & penetralia procludentes à feſti expiatione populum auocarūt: infecta & incelebrata permanſit. Huc ex Sardiniæ Synagoga, Calari, conſiſtente gens multa confluxit; quandoquidem ex omnibus prouincijs prodūt Hiſtorici conueniſſe. Enim verò iam tunc pridē in Sardinia Synagoga florebat; quippe quì totum occiduum axem incolebant, feraciſſimam, locupletiſſimamq; Inſulam quoq; Iudæos habitaſſe, à dubio prorſus abſit. Nec obſtat Tyberij Cæſaris iuſſu, in Sardiniam pulſos multos; hi enim ſcelerum datum pęnas, militiæ mācipati: vt ſuo loco fit ſermo. Iudæi autē qui eam Inſulam tunc temporis incolebant, populares, Romaniq; ciues vti Calarinenſes, erant.

Auguſtus autem, *quàm plurimis preclarè feliciterq; geſtis rebus* (Nicephori verbis lib. 1. cap. 17. vti lubet) *clarus prouectiore iam ætate, ad oraculum Pythij Apollinis venit, & Sacrificio omnium maximo, quod Hecantobe dicitur, Dæmoni oblato, quęſiuit quiſnam poſt eum, Romanum adminiſtraturus eſſet imperium. At quum nullum ederetur reſponſum, alterum quoq; adiecit ſacrificium, denuoq; rogauit, quid ita oraculū pluribus verbis vti ſolitum, nunc tandē obticuiſſet? Tum illud, parua interpoſita mora, ad hunc modum reſpondit.*

Oraculum Delphicū Christo nato cōticuit

Me puer Hebræus diuos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede iubet, triſtemq; redire ſub Orcum.
Aris ergo dehinc tacitis abſcedite noſtris.

Tali reſponſo accepto, (proſequitur Nicephorus) *Cęſar Romam eſt reuerſus, atq; ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiuſmodi Latina inſcriptione.* ARA PRIMOGINITI DEI. Hæc forſitan ſecunda D. O. M. extructa in Capitolio Ara. Enim vero, vt eximię fidei Viri perhibent, extatq; traditio peruetuſta; prius iam Iani, in ſuo ſolio, intonāte cælitus, HAEC EST ARA CAELI. conſtruxerat. Hanc idcircò Delpho regreſſus extruxit.

Et per Imperium quoq; Aras huiuſmodi aliquot ſtructas, veriſimile, credibileq; eſt. Non enim fas à capite membra diſcedere. Vnde & in Sardinia, Rom. Pop. prouincia prima, triumphaliq; ſolemnitate, ob partam de ea victoriam, Auguſta, Aram Primogeniti Dei tunc temporis erectam, non læua quidem mente

firma-

firmamus. Compertum eſt omnibus in hiſtoria ſummis, nonniſi pro inſignioribus prouincijs debellatis, Romanos egiſſe triumphos; hinc, ſi pro Sardiniæ palmis Romani Cõſules, ducesq; triumphũ meruerint, inter inſigniores prouincias infallibiliter habet locum. Habes mi lector clariſſimos penes viros, triumphalẽ Sardiniam, quos vt ſcitos præteræuntes, Aemylium Probum, de Catone, ſolum damus. *Cato, inquit, prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quæſtor ſuperiori tempore ex Africa decedens, Q. Ennium Poetam deduxerat; quod non minoris exiſtimamus, quàm quemlibet ampliſſimum Sardinienſem triumphum.* Multi ergo Sardinienſes triumphi? Ly, *quemlibet*, proteſtatur. Celeberrimi igitur? Ly, *ampliſſimum*, conteſtatur.

Ludouicus Viues, oraculum Sardiniã celebrat, fuiſſeq; ſatis conſtat; dum illa nouem Heroum corpora, teſte Simplicio, cunctis integra membris illæſis, in multas ætates perſtiterint; oraculaq; reddiderint. *Simplicius*, ait Leonicus lib. 2. cap. XVII. de varia hiſtoria, *in Commentarijs ſuis, quos in octo Ariſtotelis de Phiſica auditione libros, exquiſitiſſimè conſcripſit, nouem fuiſſe Heroes illos dicit, Herculiſq; filios, quos ex Theſpij filiabus deus ille ſuſceperat: Cæterum neq; illorum adiunxit nomina, neq; cur è Peloponeſo Græciaq; in Sardiniam enauigauerint quicquã docet. Sed illos ſolũmodo eo loci delatos fuiſſe ibiq; omnes diem ſuum obijſſe ſcribit: quorũ etiam corpora, omnibus integra membris, & illæſa, dormientium præ ſe ferentia ſpeciem, vſq; ad Ariſtotelis perduraſſe ætatem refert. Ad hos etiam reſponſorum prædictionumq; gratia, quæ per inſomnia darentur: & inſulæ illius accolas, & multos etiam conuenas & exteros accedere ſolitos fuiſſe, idẽ auctor eſt Simplicius.* Iſthæc verò, non obſtante qui ſẽtiat vſq; ad Ariſtotelis tempora ſolummodo tempus ad hoc vſq; Saluatoris noſtri æuum, oracula proculdubiò perdurarunt. Non quidem illo, quo antea, ſtrepitu, gentiumq; confluxu, ſed ab Inſulanorum, parentum more, ac traditione formata, ſuperſtitione propenſa, Calaritana, vulgò, *Saomeſurreis*, ſpelunca, donis ampliſſimis cumulata, inuiſebatur, votis & ſupplicationibus colebatur. Conticuere omnes tam in Heroum iſtorũ corporibus, quàm in ſtatuis quoq; tum æreis cum marmoreis veſpertiliones Cocytij nidulati. Graſſabantur Eumenides in Sardinia Inſula, Idola nimirum diuerſa colente; præſertim Calari, ceu Romæ totius orbis, Inſulæ capite. Cumq; ad ingreſſum in Aegyptum Domini, ſimulachra corruerint, eorum perterricrepus fragor cætera fulminauit: concuſſit: tremefecit: excuſſit. Hinc, nil mirum, quòd altum illud ſilentium Delphicũ obrepſerit quoq; aliò.

An. Chr. 7. *An. Oct. 48.*

IESVS, defuncto Herode, Aegyptijs è finibus reuocatur: & Nazarenam in vrbem à Nutricio Ioſeph vnà cum Matre deuectus, incola ſiſtit ibi. Romæ fames ita ingens facta, vt quinq; modij denarijs 27. ſemis venderetur. Expreſſa hoc anno frumentiflua Romæ vbera, Sardinia inquam; adeòq; exhauſta, vt non lacte, ſed ſanguine ſcaturirent. Prodigiis multis vbiq; orbis conſtrepuit, Nazarenum puerum noctigeni proceres, ſimulachris exploſi, totis oculis attendebãt. Romanã autẽ famẽ illã, apud Euſebium anno Chriſti 8. penes alios, ãno 6. aliosq; quos vltrò ſequimur, hocce reperies.

An. Ch. 12. *An. Oct. 53.*

IESVS Chriſtus, ſapientia ex Altiſſimi ore progreſſa in medio Doctorũ diſputat, mirantibus illis; eò quòd Sapientiæ ſuæ reſiſtere nequicquam poterãt. Hoc anno non Prætores, ſed Præſides ad prouincias deſtinati ſunt. Caius Coponius in Iudæã; Caius, Auguſti nepos in Aegyptum, ſcatente monſtruoſis Corporibus orbe. Diſputatio iſta Ieſu, ſicut & plurima quæ in eius Natiuitate, adoratione in ſtabulo, præſentatione in Templo contigerant, per omnium & ſingularum mundi Synagogas famæ expandit vela. Et quidem non æquius. Magorum enim, qua ſuis è finibus aduenere, maieſtas & faſtus, comitatus, & ſplendor, celebriorem ſibi famam requirebãt, ampliora præconia merebantur. Audiit Calaritanus Iudaiſmus, vti præcipuus Bethlehemitici Nazareniq; pueri rerum tubam: & forſan, & abſq; forſitan, Sardi multi, eorum affuere ſpectaculis mirendorum.

An. Chr. 15. *An. Oct. 56.*

ARchelaus nono anno regni ſui in Vienam, Galliæ vrbem relegatur, ibiq; diem obiit Auguſtus, Attellæ in Campa-

Campania: à deuicto Antonio, 43. annis imperato; biſſenis in Triumuiratu, in Cōſulatu verò menſibus XI. diebuſq. 18. conſumptis: fato concedit: Queis prælibatum annorum 56. numerum eius imperij conſtitutum, Scriptorum elogia conſignarunt. Deliquium Sol perpeſſū: trabes igneæ cælitus lapſæ: fulminatum Cæſaris ſimulachrum; in funere ornando, & in eius memoria honoranda eo ſtudio certatim Senatus progreſſus eſt, vt inter alia quàmplura cenſuerit, funus triumphali porta ducendum, præcedente victoria quæ erat in Curia, canentibus veniam Principum liberis, vtriuſq; ſexus. Exequias prouinciarum quælibet decumana ciuitas celebrauit: eaſq; ipſas Calaris, VRBS CIVIVM ROMANORVM. Obiit Cæſar duobus Sextis Pompeio, & Apuleio Conſulibus 4. Calen. Septemb. hora diei 9. ſuæ ætatis anno 76.

An. Ch. 16. *An. Tyberij. 1.*

Tyberius, Octauiani priuignus, Romanorum Imperator, Sardiniam, adeptus eſt. Hic vitiorum omnium latè profuſor, maioribus turpioribuſq; flagrauit infamiis, vix vt referri, audiriue, nedū credi fas ſit. Extant apud Suetonium de ijs, quæ ſæuè atq; atrociter factitauit, exprobatorium Diſtichon.

Aſper & immitis breuiter vis omnia dicā:
Diſperream, ſi te mater amare poteſt.
Non es eques; quare non ſunt tibi millia centum:
Omnia ſi quaras & Rhodus exilium eſt.
Aurea mutaſti Saturni ſæcula Cæſar,
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.
Faſtidit vinum, quia iam ſitit iſte cruorem,
Tam bibit hunc auidè, quàm bibit ante merum.
Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sillā,
Et Marium, ſi vis aſpice: ſed reducem.
Nec non Antonij ciuilia bella mouentis,
Non ſemel infectas aſpice cæde manus.
E dic. Roma perit, regnabit ſāguine multo
Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Sardiniæ Reipublicæ, vt ceterarū Imperij prouinciarum iura collabi, in iacturam res euadere, tendereq; ſummè cepte. Dum à Religione Dei viuentis exorſus eam Tyberius, Iudaicos ritus compeſcēs & ſacras veſtes cum inſtrumento omni comburi iubens, dedecoraret, violaret, exueret. Aſylorum vim, moremq; in omnibus Imperij locis aboleuit. Erat & Sardiniæ, in Vrbe nimirum Ciuium Romanorum Aſylum. Iſthoc verò à Theſpiadum Principum ſæculo ſtructum, à Romanis Calari, ſede Regia, Magno foro ſeruatum. Enimuerò Herculis poſteri, vt hiſtoriæ perhibent, veriti vim eorū qui ab illo vexati fuerant, Athenis prius alibi dein, Sacroſanctum ſibi refugio cōſtituerunt. Canit Sta. 12. dicens. *Fama eſt, defeſſos acie poſt buſta, paterni; Numinis Herculeos ſedē funda ſſe colonos.* Hos deinde imitatus Romulus, & ipſe Romæ Aſylum. inter Capitolium, & Palatium in ſacro luco, Querceetum dicto, conſtituit. Templum Apollinis Delii Aſylū fuiſſe, atq; ſacra templa à Græcis Aſyla vocari, ſcribit Titus Liuius lib. 38. Amplectimur Apollini Delio conſecratum templum, idq; Aſylum: quod enim Calari Danai conſtruxerunt, Apollinis Delij templum erat, idq; Aſylum. Prouinciam itaq; (excepta Aſia, ob diſiectas terremotibus vrbes) nullā liberalitate ſubleuauit. Calari per id æui, ceu pluribus Imperij inſignioribus aliis Ciuitatibus, immunitates, & ius metallorum, & vectigalium adempta ſunt.

An. Chr. 20. *An. Tyber. 5.*

Moris Tyberio, vt non facilè, aut celeriter Magiſtratus, Præfecturaſq; mutaret, aut adminiſtrationem eis abrogaret, qui Rempublicarum gubernationem ſortiti eſſent. *Eiuſq; rei* (verba iſthæc Nicephori) *quibuſdam cauſam inquirentibus, reſpondit: Natura eſſe omnes, qui rerum adminiſtrationi præſint, pecuniæ cupidos, plurimumq; ſtudij ad rem magis, magiſq; augendum, eos collocare. Cæterum ſi diutius in magiſtratu verſentur, ſegniores ad quæſtum faciendum fieri. Itidem vt muſcas quæ ſi longius corporum vlceribus inſideant, minus graues. aut moleſtæ fiunt: quippe ſanie vlcerum ad ſatietatem vſq; refertæ, & eū qui vlceribus ſcateat, durius acceptum, aſflictumq; iri, ſi ſaturis iam repulſis, famelicas alias ad vulnera admittere velit.* Porrò Sardiniæ Magiſtratus, hinc ad multos nec mutati, neq; abrogati, annos.

Cæſar in dies peior, cunctis adeò nauſea, vt in vulgus abiret triuio dignus; Suetonius de eo ſic: *in caſtris Tyro etiam propter*

pter nimiam vini auiditatẽ pro Tyberio Biberius pro Claudio Caldius, pro Nero Mero vocabatur. Poſtea Princeps in ipſa publicorum morũ correctione, cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem continuumq; biduum epulando potandoq; conſumpſit. Hoc vitiorum ſcelerumq; turbine conuolutus, Tyberius Claudius Nero Cæſar *Reipublicę quidem vſq; adeo abiecit, vt poſtea non decurias equitum vnquam ſuppleret: non tribunos militum præfectoſq; non Prouinciarum præſides vllos mutaret.* Ita Suetonius. Vnde elici videtur Sardiniã tunc temporis non Prætorem quidẽ ſed potiùs Prǣſidem habuiſſe, Et quoniam ad hoc ventum eſt, de Prǣſidibus ita curſim. Sextus Rufus Breuiario ad Valentinianum Imperatorem, ſuo ſeculo Sardiniam à Præſide, cum antea per Prætores gubernatam fuiſſe ſcribit. Ita in ſuis Epiſtolis, epiſt. 39. lib. 9. Quintus Aurelius Simmachus, eiuſquæ elucidator Franciſcus Iuretus. Hinc ſequitur Prætoribus non verò Præſidibus, ad Rufi tempora gubernatam; quodquidem non modò humanarum, verum & Sacrarum hiſtoriarũ teſtimonio reprobatur: quandoquidem Tyberio imperante Iudǣæ, Syrieq; prouincias à Præſidibus rectas conſtat. Id ipſum quoq; de Africa, Aegypto, Illyrico, alijſq; penes grauiſſimos Scriptores habes. Accedũt & Chronicalia Martyrum Sardiniæ & Corſicæ monumenta quæ ſub Præſidum ſæuitia paſſos eſſe teſtatur. Hùc igitur propenſiores, ad Præſidum potiùs, quàm ad Prǣtorum adminiſtrationem, animum aggregantes, Sardiniam ab hinc citra, Præſides habuiſſe, firmamus.

Sard. Præſides apud iura De Sardiniæ Præſidibus meminit Notitia Occid. Imper. eiuſq; Commentator Guidus Pancirolus. alijq; perplures qui Romanorum geſta Scriptis æternitati ſacrarunt. Habes etiam Sardiniæ Prǣſides mentionem in inſcriptione, L. 3. de pęnis. c. Th. l. 7. de exactione, cod: & l. 1. de offic. Præfect. Prætor c: & apud Gregoriũ primum, lib. 9. indict. 4. in inſcript. epiſt. 17. apud quem etiã mentio fit Ducis Sardiniæ, lib. 1. Reg indict. 9. epiſt. 46. & lib. 3. indict. 12. epiſt. 25.

Inſignia Prǣſidis Sard. Horum, Sardinię nimirum Præſidum inſignia erant duorum Principum, velut vnius Viri effigies: duos vultus & pectora exprimens. Nigra enim linea vtriuſq; caput totumq; corpus diuidebat. Vnũ eſſe ob communem conſenſum duorũ Principum imperium. Melius non poterat exprimi. Abacus purpureo tapeto tectus, erectum librum ſubſtinebat infra; oppidi effigiem habens, inſcripto ſupra nomine ſuę Prouinciæ. Habuimus ex Notitia ipſa Occiden. Imperij, ibi in Prǣſide Dalmatiæ; refertq; Guidus. Animaduertendum verò eſt, effigiem illam duorum Principum, duos vultus, & pectora exprimentem, Sardiniam, & Corſicam vni Præſidi coniugatas, ab eodemq; rectas, inſinuare. Hic autem non quidẽ in Corſica, ſed in Sardinia vt apud Hiſtoricos viſi poteſt, in Vrbe Ciuium Romanorum, Calari, reſidebat. Vnde curiales rerum omnium expeditiones, ſtylo munitæ, ſolitæ factitari; in Cyrnum Inſulam deferendæ. Sard. & Corſica ſub vno Præſide.

An. Chr. 21. *An. Tyb. 5.*

HIC à nonnullis diſcendendum, qui Iudæorum in Sardiniam ex vrbe Roma ſub Tyberio aliò transferunt expulſiuam. Transferant i, quàm malint; nos, enim & Suetonij, Taciti, aliorumq; Chronologorum antiquiorum chreias in ordine contemplantes, annum iſthũc circiter, Iudæorum illam multitudinem Roma in Sardiniæ fines eiectam, & credimus, & firmamus. Neq; ab re: furiante ſiquidem Tyberiana in cunctos, ſuos & exteros prauitate, in medio (vt ex ipſo Suetonio, aliſq; deducitur) feruore ſæuitię, ſacros ritus eradens, Iudęos, & hos Libertinos in Sardiniã tota eliminauit Heſperia. Obiter Suetonius ita fatur. *Iudæorum iuuentutem per ſpeciem Sacramẽti in prouincias grauioris cęli diſtribuit.* Ioſephus autem, Ant. lib. 18. ſic. *Tyberius iubet Roma cunctos Iudęos excedere. Conſules autem quatuor millia ex Iudęis militantes, mittunt in Sardorum Inſulam: plurimos autem militare nolentes, propter legis paternę cuſtodiam, affecere tormentis.* Tacitus verò ipſa de re hunc in modum. *Actum, & de Sacris Aegyptijs, Iudaiciſq; pellendis. Factumq; Patrum conſultu, vt quatuor millia Libertini generis, ea ſuperſtitione infecta, quis idonea ætas, in Inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrocinijs etſi ob grauitatem cæli interiſſent, vile damnum. Cęteri excederent Italia, niſi certam ante diem prophanos ritus exuiſſent.* Id ferme ipſum Q. Aurelius lib. epiſt. Ex quibus perpendi fas duo. Primum Ly Suetonij, *in prouincias* alterum apud Tacitum Ly, *Libertini:* illud non in Sardiniam dũtaxat, ſed in alias quoq; prouincias exceſſiſſe

ſiſſe Iudæos, inſinuat. Quodquidem multis anſam prębet, Libertinos in alias prouincias, non in Sardiniam tantùm pulſos inerendi: falsò tamen. Enimuerò ſi Libertini fuiſſent omnes profectò non diſtinxiſſet Tacitus, quum ait, *Libertini generis; cęteris excederent Italia.* Non dixiſſet Ioſephus in ſolam Sardiniam 4 *millia militantes plurimos afficere tormentis*. Vnde qui militię addicti, Libertini erãt; ijq; in Sardiniam tranſuecti ſunt. Cæteri verò etiam Libertini, tormentis interiere. Quod interierint Sabellicus Enn.7.lib.1. teſtatur. Hinc extinctum Libertinorum genus in Italia: Sardiniæq; protinus atq; penitus, atq; perpetuò mancipatum.

Iſthoc autem, *Libertini*, nimirum, Religioſorum, apprimeq; legis peritorum inſinuat concionem: qui quidem, vt tales, Ethnicis Romanorum Flaminibus exoſi eorum quędam oculis feſtucę erãt: eòq; militię deſtinati, vt extirparentur à populis. Libertinorum igitur per id ęui, genus Italia propulſum tota, Sardiniam incolens, ibi ſedes metaſq; poſuit: Calarimq; Vrbem circa, in ætates, poſteritas habitauit. Nonnihil autem bene ſentit, Synanenſem; Marenſemq; tractus tenuiſſe opinatur; vnde & nomen vterq; locus obtinuit, Synaì, Mara, Hebraica quidem: à *Maras Sinai*. Amplectimur vltrò ſententiam hanc: doctiſſimo, quod penes nos, obliteratum ferme, præ vetuſtate, MSC. extat, conſignatam; Libertinos Calaritanam campaniam coluiſſe; ipſorumq; è nomine, Libertinorum, nuncupatam, Calari conſtitutam, antonomaticam, atq; præcipuam, non totius modò huius, verùm, & finitimarum omniũ Inſularum, Synagogam ſibi anteſignanã effeciſſe, nihil abnuimus. Militarunt inquam Libertini, ſed poſtea ſub trienniũ circiter, gradum in priſtinum reſtituti, gẽtilem nobilitatem, decoremq; protinus induerunt, ea quam Tacitus execratus, vilitate prorſus exuta.

Tunc Orgia Cęſare celebrante, Sardorum Aſylum, quod, vt diximus, Calari ſubſidebat, eraſum, funditusq; deletum eſt: non euerſo quidem templo, ſed immunitate antiquiſſimis priuilegijs roborata, adempta. Erat proculdubiò in vrbe Calari Aſylum velut & cęteris in pręſignibus ciuitatibus Romanorum, vt in ſuperioribus extat ſermo. Errant qui potant Romæ ſolummodo Aſyla fuiſſe: quippe quæ toto terrarum orbe diffuſa, non modò in Vrbibus decumanis ciuiũ Romanorum, verùm etiam in Græcanis ciuitatibus ſita erant. Hinc & olim Aſylum in Ciuitate Græcana Eccleſijs, nunc dierum. Ioannes Baptiſta Egnatius, in Suetonium, ex Tacito ſic ait. *Nos ex eodem Tacito omnia pleniora faciamus: ille igitur tertiò in hunc fere ſenſum. Cum creſceret Græcas per vrbes licentia, Aſyla conſtituendi, quę ſeditiones indies alerent, placitũ eſt, vt ſingulę ciuitates iura ac legatos mitterent. & cum multi veniſſent. qui ſummo ſtudio certarent, feſſo Senatu eorum multitudine, res ad Conſules relata, factumq; S.C. quo modus pręſcriptus ſinguliſ eſſet. Iuſſiq; ipſis in templis aras facere: neu Religionis prætextu, turbulentiſſima natio ſeditionibus fomenta pręberet.*

Diximus, *a nonnullis hic diſcendendum*: inter quos Fara, de rebus Sardois fol.69. fatò ſic. *Quadriennio poſt, anno ſcilicet à Natiuitate Chriſti 38. Tyberius Cęſar quatuor millia iuuentutis Iudęorum Vrbe expulit, & in Sardiniam miſit, vt Ioſephus, & Sabellicus referunt.*

Quàm auius Fara, circa annum? Hallucinati cum eo ſequaces eorum adhuc latentibus in puluere manuſcriptis. Siquidem a temporis veritate multum diſcrepat Fara; poſt nimirum Saluatoris noſtri paſſionem aſſerens, contigiſſe: cum annis potiùs ante tredecim eſſe factum, Taciti teſtimonio facilè ſit compertum. Cæſar Baronius, An Chr. 21. quem pro dignitate veneramur & ſequimur, expulſionem hanc in Sardiniam Libertini generis Iudęorum hocce met anno conſtituit ex Tacito contra Ioſephum, in hunc modum ſcribens. *At cum vera narret tamen cum poſt Chriſti Domini noſtri Crucis ſupplicium contigiſſe hęc aſſerat, more ſuo plurimum à veritate temporis diſcrepat. Id enim annis ante tredecim eſſe factum Taciti teſtimonio, qui per annos ſingulos res tunc Romę geſtas digeſſit, comprobatur.*

Libertini igitur hoc à tempore in Sardinia, cum ſua poſteritate, perpetuò cõmorati ſunt; ibiq; celeberrimam illam, de qua inferiùs Synagogam Libertinorum conſtitutam, ad fæces vſq; perpetuò conſeruarunt. Neq; officiunt Baronij verba iſthæc: *Manſerunt ita exules extra Vrbem, vſq; ad necem Seiani.* Non enim de Libertinis, in Sardiniam amandatis: ſed de alijs per Italiam circumquaq; diffuſis Iuſſuq; Cęſareo relegatis. Baronius loquitur. Quòd ſi verum Philo de legat. ad Caium, perhibet, ita narrans. *Itidem iura Iudęorum ſub Tyberio conſeruata ſunt*

licet Seiano res nouas moliente in Italia.Cognouit enim ille mox poſt necem inſidiatoris meras calumnias fuiſſe delata de Iudæis Vrbim incolentibus crimina confiſta à Seiano, vt gentem è medio tolleret. quam norat vel ſolam vel præcipuè repugnaturam conatibus impijs, & conſpirationi caput Imperatoris petenti. Proinde mandauit omnibus Prouinciarum Præſidibus vt oppidatim huic gẽti parcerent, exceptis conſcijs, paucis admodum. Caterum de ritibus eorum nihil nouarent. Sed commendatos haberent, tum viros ipſos, vt pauci amantiſſimos, tum mores eorum, legeſq;. Hęc Philo. Ex ijs eſt Præſides non quidem Prętores Prouincias tunc temporis gubernare, vt ſupra tetigimus. Ex ijs eſt etiam Libertinos Romam è Sardinia non reuerſos, ſed ibi Præſidi commendatos eſſe. Ex ijs demũ oppida multa Iudæos in Sardinia coluiſſe; eaq; Calaris per diſtrictum: vt hactenus extant cum traditione coęua, nomẽclaturæ Montium ac locorum, Synaim Maramq; prælibatum eſt populationes fuiſſe Libertinorum:neq; enim quatuor millia Calaris iam ab alijs anteactis à ſæculis habitata Iudæis ęquè, commodeq; capere poterat. Occuparunt itaq; non Calagonum campum, ſed Syennum, & hunc Maram; non Segoſſinum Collẽ, ſed Sarpedon, & hunc Synai, nuncuparunt. Prętereà & Angilinum tractum, Solanaq; Hieremæaq; littora, nec nõ Batatinas fimbrias,atq; vertices coluiſſe veſtigia indicant veritatis. Crommaium enim iugum ad noſtros vſq; dies Iudaicum retinet nomenclamen. Erat enim ibi ditiſſimus, & potentiſſimus Iudaiſmus, qui etiam oppidum illud,quod Sãtus Petrus de Paradiſo, nuncupatur, inhabitabat. Superſtitit hactenus Crammai,Iudæi cuiuſdam celebritate conſpicui tunc dierum,nomen,quod omni loco æternum illi contulit nomen. Sed & vulgus *Saſcala de ſu yudeu*, vocat. Deniq; per Græcana,Borcęrium, Syricariũ, Peryethon,& alia quàmplurima per Mõtana, & campeſtria Calaritana, conſita oppida, ſagax verſutaq; natio ſe protendit, eorũq; ſub ilia ſe metata, totius pinguioribus regionibus renibus poſita eſt. Campum inſuper illum Sepparaſſiũ popellus incoluit, vicũq; ſuum, Sepharath, appellauit. Iſthic opulentior totius Inſulę Iudaiſmus,hoſce nimirum per tractus effuſus, meliorem poſſedit agrum. Tali Philo in Legat.ad Caium, gloriatur gentem ſuam,per orbem ſparſam,potiri, dum eam ſic commendans fatur. *Nec tantùm continentes prouincię plenę ſunt colonijs Iudaicis,ſed & Inſularum celeberrimę Eubęa, Cyprus,Creta,nequid dicam de trãs. Omnes Vrbes quę bonum agrum habent,à Iudęis incoluntur. Itaq; ſi exorat mea patria tuam clementiam,pręter ipſam, alias ciuitates demereberis plurimas, ſitas in diuerſis Orbis tractibus, Aſia,Europa, Africa, Inſulanes, Maritimas, Mediterraneas; hactenus Philo.* Ex ijs duo elicienda; antiquitas in Sardinia Iudæorum inde *Inſulares,Maritimas*; idq; primum. In Calaritana regione eorum incolatus inde *Vrbes quę bonũ agrum habent à Iudęis incoluntur*, Turritana prouincia, nedum ciuitas, campeſtris nequicquam eſt; Calaritana maximè à cunctis Scriptoribus, & à Fara de rebus Sardois, fol. 13. campeſtris celebrata eſt: prout reapſe eſt teſte oculo. Liquet igitur, non alibi Iudæos habitaſſe quàm Calari, eiuſq; bono agro. Liquet dein Dei Opt. Max. cultum Calari à retro actis iam pridem ſæculis viguiſſe.

An.Chr.27. Tyb.12.

Tiberius, ſibi quam maximè familiarem, Pontium Pilatum, natione Gallum, patria Lugdunenſem, Iudęæ cõſtituit Præſidem. Iſte procurationem totos annos decẽ ad ipſum propè Tiberij obitum obtinuit, vt auctor eſt Ioſephus, lib. 18. Antiq. Hoc tempore proculdubiò, apud Heroſolymam Sardi milites immodici Imperio ſeruiebant: diutiſſima ijs è finibus ad Ioppen, atq; creberrima transfretatio, tum ob numeros qui ex Hiſpania mittebantur, cum,quia maris clauis Africæ, Hiſpaniæ, Galliçq; receptaculum,refugium, Aſylumq; nautis ob commeatus, argenti, metallorumq; viciſſitudines exercitibus onerarias.

An.Chr.31. Tyb.15.

IOAnnes Baptiſta filius Zachariæ Sacerdotis,in deſerto ad XXX. prope annum dgens, poſtquam tot luſtra in victus amictuſq; aſperitate conſumpſit, vitæq; Monaſticæ iecit ſolida fundamenta, Angeli quandam vultu orationeq; præferẽs ſpeciem prædicans baptiſmum pænitentiæ, Diuinis oraculis conſecratus apparuit. *Tunc venit Ieſus à Galilæa in Iordanẽ ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem probibebat eum dicens: ego à te debeo baptizari, & tu venies ad me? Reſpõdens*

dens Ieſus, dixit ei. Sine modò; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum;& baptizatus eſt à Ioanne in Iordane. Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam & venientem ſuper ſe: & ecce vox de cęlis, dicens. Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui. Iam verò talia cum tantaq; de Ioanne in Iordane fama diffũderet, Iudæi qui erant Hieroſolymis, Sacerdotes, & Leuitæ ad eum mittunt, vt an ipſe Chriſtus eſſet, interrogent. Ille autem confeſſus eſt & non negauit, ſe Chriſtũ in lege promiſſum nõ eſſe; neq; Eliam, neq; Prophetam, ſed vocem clamantis in deſerto, parate viam Domini rectas facite ſemitas eius. Vox iſthæc per pertotum ferme orbem audita eſt. Siquidem Paleſtini proceres ad omnes & ſingulas prouinciarum Synagogas tãtæ rei nouitatem literis amandarunt, inter quas & Calaritana, cui tum iam Libertinorũ Synagoga inſerta erat, tam Ioannis Baptiſma & prædicationem quàm etiam Chriſti in Iordanem aduentũ, deq; ipſo nobiliſſimum à Ioanne perhibitum teſtimonium veritatis accepit. Publicum enim, ſatis ſuperq; ſolare fuit iſthoc Ioãnis de Chriſto adeoq; vt cunctis auditũ innoteſceret populis; à nemine neſciretur elogium: ait enim Seraphicus Choroniſta. *Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe & ait; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi: poſt me venit Vir: qui ante me factus eſt: quia prior me erat, & ego neſciebam eũ; ſed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens. Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum: Sed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.* Expendendum ly, *manifeſtetur in Iſrael.* Manifeſtatus eſt igitur; Iſrael autem in diuerſis orbis partib⁹ agebat, treis ipſius Aſiam ſcilicet Africam, & Europã parteis occupabat; vniuerſus Iſrael Ioannis baptiſmum, prędicationem, & de Chriſto ab eo exhibitam fidem, manifeſtam habuit, & compertam.

Syna. Cala. Iord. acta perſciuit.

Hoc ipſo met anno, Nuptiæ factæ sũt in Chana Galilæę, & erat mater Ieſu ibi; vocatus eſt autem, & Ieſus, & Diſcipuli eius ad nuptias; & deficiente vino, diuina ſua virtute aquam conuertit in merũ, Tanti miraculi celebritatem in pluribus orbis locis Deus Opt. Max. illuſtrare dignatus, fontes ac fluuios in vinum conuerſos, fecit effluere. Teſtatur Epiphanius, hęr. 51. ijs verbis. *Poſt annos triginta factum eſt primum miraculum in Cana Galilęę, quando aqua facta eſt vinum. Quapropter etiam in multis locis vſq; in hunc diẽ hoc fit, quod tunc factum eſt Diuinũ ſignũ in teſtimonium incredulis; velut teſtantur in multis locis fontes ac fluuij in vinum conuerſi, Cibyres quidem vrbis Cariæ fons, qua hora hauſerunt miniſtri & ipſe dixit, date Architriclino. Teſtatur & Geraſa Arabiæ fons, ſimiliter Nos bibimus de Cibyres fonte: fratres verò noſtri de eo qui eſt in Geraſa in Martyrũ templo. Sed & multi in Aegipto de Nilo hoc teſtantur. Quare in vndecima Tybi* (hoc eſt apud nos ſexta die Ianuarij) *apud Aegyptios, omnes hauriũt aquã & reponunt; tum in ipſa Aegypto, tum in multis regionibus,* &c. Plinius lib. 2. cap. 103. & lib. 4. ca. 12. Nat. hiſt. in Andro Inſula templo Liberi patris, fontem Nonis Ianuarij vini ſapore fluere, perhibet. Quin etiam apud Naxum quoq; Inſulã, fontem fuiſſe, ex quo nonnunquam vinum, illudq; ſuauiſſimum fluere cõſueuiſſe, auctorem Cteſiam eſſe, in ſuis Indicis, recitat Baron. Habes inſuper penes alios publicæ fidei viros, viniſluas aquæ ſpecie ſcaturebras, ipſos conſule. Aſt & noſtros quoq; in Gallurenſibus, Calaritaniſq; montibus apud fines, huiuſmodi fontes aliquando fluxiſſe, terraq; poſtmodum ſuccreſcente; aggeribus tumulatos, & ab oculis incolarũ prorſus auerſos, accepimus; rei q; eiuſce, à noſtrorum maiorum ſphæra demiſſi, radioli, noſtras acies perſtrinxere.

An. Ch. 33. *Tyb* 17.

HIeroſolymitani Iudæi ad pręcipuas omnium prouinciarum Synagogas literas mittunt: quatenus multiplicatis ſuffragiis, Chriſti expeditiuùs mortẽ Iudex executioni mandaret; atq; ita ſecuriùs conuenirent eundem aſſerẽtibus quoq; diſtantibus admodùm Iudæis, infenſum adeò Ieſum, vt dignum ipſumq; digniſſimum nece cenſerent. Si eſſet, vt vt minimùm eos præmonitos haberent nequando ab illorum ſententia diſſentirent. Diſſenſere profectò multi, ex iis quidem Toletani & Zamorenſes Hiſpaniç.

niȩ, Libertini Sardiniæ, Romanenſeſq; Iudæi. Legatus qui cum literis in Hiſpaniam iter fecit, Calarim appulit,& Synagogæ, quæ ibi celeberrima erat, literas dedit,quibus vt ſuffragarētur in Chriſti mortē, Hieroſolymitani proceres ab eis aſſenſum inſtantiſſimè poſtulabant. Peruenit ad haſce manus vetuſtatis huiuſce traditio,ſed & firmior,noſtratiū monumentis exhibitis,ſi qua fides:apud nos exilis non.

Præterijt ſilentiò Flauius Lucius Dexter,tā veridicus quàm antiquus,coęuus Hieronymo, Choroniſta, Calaritanorū Iudæorum abnegatam atq; diſſuaſam in Saluatorem Ieſum conſpirationem,patriæ ſuę ſolummodò glorię memor, ijs verbis. *Iudæi Hiſpani,maximè Carpentani,qui literas Hieroſolymorum Pontificum petentium ab ijs, aßenſum in mortem Chriſti,miſſis literis exhortati erant.* Hæc ille An. Ch.37. Romæ autem, 788. Eiuſmodi antiquitatis graue teſtimonium prębet Iulianus Archipreſbyter S Iuſtæ,Alphōſi VII. Imperatoris Hiſpaniæ, Hiſtoricus,in ſuo Chronico Ms.à Fran.Biuario Comment.2.in Dextrum,relatus.Iuliani verba iſthæç ſunt. *Reperi in eodem Archiuio S Iuſtæ Toletanæ, duas treſue epiſtolas in Hębreo,& in Arabico,& Latin:: quarum vna erat Iudeorum Hieroſolymitanorū ad Hębreos Hiſpanos, pręcipuè Toletanos,& Zamorrenſes,vt ſuffragarentur in mortem Chriſti Saluatoris. Et Iudęi qui de Hieruſalem venerant Toletum, ædificauerant ibi celeberrimam totius Hiſpanię, & mundi Synagogam,nolentes redire Hieruſalem,propterea quod audiuerant,reparandum poſt Templum iterum perdendum.& nullo modo voluerunt conſentire in necem innocentiſſimi Ieſu. Miſerunt vero reſponſionem cū ſuis nuncijs ad Hieroſolymitanos,Toletani,nolētes conſentire petitionibus illorum: & vnus illorū dictus eſt Athanaſius,& alter Ioſeph: Athanaſius verò venit poſtea cum B. Iacobo ad Hiſpanias.* Refert itidem Antonius Beuterus in Chron.Aragonię; meminit Ioannes de Salazar in ſuo Apologetico, de Aduentu S.Iacobi cap.10.vbi adducit epiſtolam,ait Biuarius loco citato,aliam ante 100.annos in Eccleſia Metinnę Cāpenſis reperta: qua facultatem concedūt Hebræi Hieroſolymorum,Zamorenſibus Libros Moyſis interpretandi, *tametſi indigni inquiunt,eiuſmodi gratia eſſent, quia non ſe decreto illi Prævaricatoru morte ſubſcripſerunt.* Seruatur hæc epiſtola inibi diligenter. Synagoga Libertinorū,quæ vt ſupra memoratum, traditumq; diffuſius,Calari erat, cum Zamorenſibus, & Toletanis vniformi pro Chriſto ſententia perſtiterunt.

An.Ch.34. *An.Tyb* 18.

SEraphicus Choroniſta Ioannes, poſt Lazari reſurrectionem,quoſdam Gētiles,ex ijs qui aſcenderant vt adorarent in die feſto,acceſſiſſe ad Philippum,eūq; rogaſſe dicentes, Domine volumus Ieſū videre,cap.12. narrat. Dexter ſuos duntaxat Hiſpanos fuiſſe An. Chr.35. Rom. 786.his verbis aſſeuerat *Cognitamq; habuerant ex illis Gentilibus,qui venerant orationis cauſa ex Hiſpania,Philippumq; rogauerant,vt eorum aduentum nuntiaret Chriſto,clarumq; præſagium,primitus inter Gentiles Hiſpanis prędicandum eſſe* Hæc Dexter.Idipſum Iulianus præcitatus,ad Chriſti 36. annum: *Ex Archiuio S.Iuſtę,* ait, *Toletanę habemus,quod multi Gentiles qui venerant Hieroſolymam orare ad Sanctum Templum,erant Hiſpani; qui voluerunt videre, & alloqui Ieſum; cupientes,vt Gentilibus ſua terra prędicaret.*

En, vt ſuam, alienam oblitus, gentem recenſet quiſque; verius autem Hiſpanos,quin & Sardos, Baleareſq; fuiſſe: Libertini ſiquidem, legis æmulatione pręſtātes,cultus inſignes,zelum,quo in Stephanum poſtea conflagrarunt, alloquuturi, Ieſumq; ſpectaturi, Diuinæ arbitratu ſuopte,honorificentię ſtimulis agitarunt, penniſq; pietatis accinctum,ad pręſentiam vſq; Ieſu deuotiſſimè prouexere. Sed & Hiſpanum fuiſſe Centurionē qui inter ſaxorum mutuò ſe collidentiū fragores, obducto tenebris die, morientem Chriſtum,Dei eſſe Filium prædicauit,Dexter aſſerit,eumq; itidē,cuius puerum Dominus ſanauit illū;deniq; cohortis Italicę, de quo in Act. Apoſt. cap. 10. fit mentio, Biuarius, Dextri interpres, probabile reddit, Hiſpanos fuiſſe. Subſcribimus: aſt & Sardiniana, quæ quinta erat Legio, ſępiuſculè hinc inde,vt ex vllis conſtat elogijs, traducta, etiam Paleſtinæ geſſit excubias; imperij etiam cuſtodes fuere vllatenus Sardi milites. Quī etiam Prætorianos inter Seueri Pertinacis, de quibus Dio narrat, milites, Sardiniani quoq; multi erant. Haud ſiquidē rarò Siculi, Sardiq; milites Italorum nomine nuncupati, nonnullibi comperiūtur, Erant tandem in Sancta Ciuitate tū, quo Dominus paſſus eſt, temporis, om-

nis; teſte Scriptura, natio quæ ſub cælo eſt: neq; aliter quàm vt ſonant verba, intelligimus; vnde & quàmplurimi, Iudæi nimirum, ethniciq; pariter, Sardi Paſſionis ſpectaculis interfuere. Hinc, & inter, qui alloqui, videreq; flagitarunt Ieſum; hinc & inter, qui Solis ecclypſim, cæteraq; Paſſionis tempore deuoluta, prodigia conſpectarunt, tum lege, cùm ſecta, gentiles, Sardos nō modicos proculdubiò interfuiſſe credimus, & firmamus.

Hoc anno, abſoluto iam tertio & trigeſimo, inchoato Cn. Domitio Aenobarbo, & Camillo Scriboniano Conſulibus, Ieſus Chriſtus Dominus noſter in ara Crucis pro nobis immaculatam ſe ſe obtulit Patri victimam; ad cuius tranſitum tellus intremuit vniuerſa; petræ ſciſſæ ſunt, montes hiulci facti ſunt, rupes diſſiluere, Teſtantur hucuſq; per orbē horribiles profunditates, hiatus rupium & ſaxorum. Extat, ſupremumq; obtinet principatum excluſo Golgotha, mōs Aluerna, vbi Dominus Ieſus paſſionis ſuæ ſignacula Patriarchæ noſtri Franciſci Seraphici membris impreſſit. Siquidem, quando ipſe Dominus cum clamore valido & lacrimis animam exhalauit, omnis ferme deſedit Aluerna, Ita reuelauit Angelus B. Franciſco, ſub Saxofletus, oranti, vt Conformitates, legendęq; perhibent multæ: teſtantur Doctor Seraphicus Bonauētura, in vetuſtiſſimo Mediolani anno 1477. Zaroti typis excuſſo Codice; S. Bernardinus Senenſis in Seraphin, tom. 4. Serm. 16. Cæſar Baronius An. 34. Bartholomæus à Piſis, Conform. lib. 3. Fruc. 3. Cimenes Patriar. Hyeroſolymit. de natura Angelica, tract. 5. cap. 13 Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, in Chron. par. 2. Rupertus à Licio, Serm. 44. de Sacr. Stigm. Petrus Valderramma Auguſtinianus in Theatro, ſerm. de B. Fran. Aſſerunt Auctores Dialogorum Montis Aluernæ, Canit Poeta clariſſimus Franciſcus Maurus Hiſpellēſis, lib. 12. Franciſciados, aliiq; perplures auctoritatis eximię Viri elogizant. Hunc Sanctū Mōtem biennio coluimus, ibiq; Reuerendiſſimi noſtri Ordinis Generalis, facultate, & gratia, ſolitariam, infructuosè tametsi, agentes, rupium feſſuras hiatuſq; mirificos ſępe ſępius ſalutantes, Chronicon Montis ipſius rerum ſcripſimus, publicauimus.

Mons Aluerna apertus ĩ morte Ch.

Diximus, *excluſo Golgotha*, enim verò & ipſe diſruptus, ſciſſus, & fiſſus eſt in morte Chriſti; vt multi auctores, ipſiq; hactenus ſciſſum iugum, conteſtantur. Meminit Cirillus Cathe. 13. Adricomius in deſcrip. Terr. ſanct. Lucianus Preſbyter Antiochenus, referente Euſeb. Ceſar. lib. 9. Hiſt. Eccleſ, cap. 6. Ioannes Zuallardᵘ itiner. Hierus. Agrippinas in ſuo Theatro; aliiq; Scriptores. Trihulcus Caietæ, quem ſæpius viſimus, Mōs, rei eiuſce fidem piiſſimam fulcit. Eſt & apud multos fides, in Germania ſciſſum, tunc, mōtem. Ceſar Baronius ſummus omnium rerum vindex, in pleriſq; orbis terrarum partibus. Sciſſos eodem terræmotu mōtes optimè cenſet; *porro*, inquiens, *non Hieroſolymis tantum, ſed & in pleriſq: orbis orbis terrarum partibus ſciſſos montes eodē terręmotu, incolę firma tra ditione teſtantur*. Hęc ipſe An. 34. in Sabinorum regione, loco Fontepalombo, nuncupato, rupes ardua, tota ſciſſa, & fiſſa viſitur; intra cuius fiſſuram Seraphicus Pater noſter B. Franciſcus Regulam Chriſto dictāte, ſcripſit. Viſimus iſthanc venerabilē ſanè rupem, amplo, porrecto, atq per omnem protracto hiatu mirificam; quam tunc etiam, qua Dominus in Cruce expirauit, hora, apertam fuiſſe ſolida pietate credimus, & firmamus. In Sardinia verò noſtra, montes, rupes, & ſaxa quāplurimi ſciſſi, diſrupti, fiſſiq; hactenus extāt, quorum partem, Inſulam, Eccleſiaſten agentes, per quinquennium peragrātes, conſultò à via ſæpiſſimè declinantes, nō abſq; internis affectus incendiis, Paſſionis maximè recultus diebus, vidimus, exploràuimus; Sciſſuriſq; innatis ex lignis, cruculas nobis curauimus faciūdas Extant apud Vlazain huiuſmodi mōtiū contritiones; ſunt & in partibus Durgolinę, Stryſaylliį, Geminiq; huiuſmodi rupium præinſignes anfractus, hiatus; qui quidem in obitu Saluatoris contigiſſe creduntur; multorum firma traditione teſtantur, & noſtra. Aſt & rupes illa quæ Calaritanæ Baſilicæ ſuſtinet latus, cuius nimirum dorſo paries inſidet almæ Sedis, in morte ipſius Redemptoris noſtri Ieſu, ſciſſa fuiſſe traditione habetur; aſſeritq; Ms. quod penes nos eſt, vetuſtiſſimum aſſeueratq; pariter, recentius aliud Ms. quod apud nos diligentiſſimè cuſtoditur. Non igitur abſq; re maxima, ſine miſterii mente, ſaxo huic ſacra illa ędes, & Sedes inſedit; ſapiebant maiores, & in Archiuio, iam flammis abſumpto, huiuſmodi rei monumentum, Religionis obſeruantiæ munere ſeruabatur Alluſere qui Crucis in forma, eaq; myſterioſa, id effecere

Caietę mōs ſciſſus in Ch. morte

Rupes Fonte palōbo in morte Chr ſciſſa.

Mōtes in Sar. ſciſſi ĩ morte Ch.

Rupes Eccl. Calaritanę ſciſſa ĩ morte Ch.

effecere conſtrui Templùm. Quod quidem manuum, pedumq; vulnera Saluatoris inſinuat. Præfert ſiquidē in vtroq; brachio ianuam; Auſtrum læua, Aquilonem verſùs, porta dextera, ſita eſt. Ecce volarum Sacratiſſimum vulnerū monumentum. In ſtipite verò, duas habet fores, ad Occiduam vergenteis plagam. Quę ſanè pedum ambas plagas inūbrāt. Nec modò Eccleſia in ſuæ diſpoſitione ſtructuræ, Crucis gerit figuram, verùm & Vrbs, vt prælibatum eſt, huiuſmodi ſtemma præfert. Conſtat enim partibus quatuor; Arx inclyta cum ſuis ædificijs, turribus, munitiſq; propugnaculis xviii. Leapolis, ſuburbium nobile longitudinem: Stampacis, & villæ nouæ, ſuburbia, vt ue meliùs, propriùſq; loquamur, courbia, latitudinem Crucis efformant. Laus, & gloria Crucifixo. Cui ni cōgrua fores quatuor, lateralis vulneris excluſiua, Crucis foramina, fores, quatuor repreſentent, ea referant adamuſim. Ita plane: quia, Domino, verſa ad Occidentem facie Crucifixo, Aquiloni dextram, Auſtro læuā, Occiduo pedes obiecit. Iſthāc etiam Calaritanæ Sedis opificium, diſpoſitionem præſeferre deprehendes, ſi trāſuerſi Crucei brachij ianuas contemple-ris, vt diximus, ad Aquilonem dextrum, ad Auſtrum læuum, ad Occiduum ima foramina contempleris.

Defectio Solis miraculoſa & ſupernaturalis

Crucifixo Domino tenebræ factæ sūt ſuper vniuerſam terram vſq; ad horam nonam. Solis deliquium hocce vniuerſale fuit, horribilibuſq; tenebris totus eſt obſitus orbis. Cuiuſmodi ſupernaturalis Ecclypſis teſtimonium Dionyſius Areopagita ad Polycarpum nobiliſſimū teſtis vti oculatus, accurata animaduerſione deſcribit. Idemq; ad Apollophanem, inter alia, de eadem ſic re. *Ego quinque & viginti fere annorum tempus exoluens, vna morantes conſiſteremus, cum feria quadam ſexta, & hora etiam pene ſexta, Sol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris, Luna ipſum intercurrente; quia non Deus, ſed creatura Dei in ipſius verę lucis occubitu, lucere non potuit. Quærebam enim tunc apud te, &c. proſequens ait; offuſi enim tenebris ipſi eramus, orbē Solis vndiquaq; & ex æquo occupante caligine, & poſtquam repurgatio & reſtitutio facta eſt Luna ad Solis diametrum conuerſa aufugit. Et tunc quoq; regulam Philippi Aridæi aſſumpſimus; cumq; reperiſſemus quod & erat notiſſimum eo tēpore Solem Ecclipſis moleſtias laboreſq; minimè perpeti debuiſſe: ac nihilominus Lunā ab Oriente Solarem ſplendorem pullis nigrātibusq; velis obduxiſſe, cū ſoleat ex occidua parte Solem ingredi: tunc autem opifices lucis theſauros caliginibus, quas ipſa genuerat ad Occiduos vſq; Solis fines peruagata vt ipſi putauimus occultauit: cum tamen & Lunę id tempus deeſſet, nec coitus vicinum tēpus cogn oſceretur.* Euſebius Cęſarienſis, in Chron. an. Chr. 33. *Scripſit, inquit, vero ſuper his & Phlegon, qui Olimpiadū egregius ſupputator eſt in libro 14. ita dicens quarto autem anno ducenteſimæ ſecundæ olympiadis, magna & excellens inter omnes, quę ante eam acciderant, defectio Solis facta eſt: dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus, vt Stellæ viſæ ſint. terraq; motus in Bithynia Nicęnę vrbis multas ædes ſubuertit: hæc Phlegon.* Hucuſq; Euſebius. Obſcuritas itaq; hęc vniuerſum terrarum orbē, texit inuoluit. Hanc & noſtræ habuere auræ velatricem, illas noſtrū, obnocteſcente die, habuit ceu lugubria atq; funeralia luminaria cælum ſtellas. Senſit & patria Chriſtum, ſuo modulo, morientē tellus funditus tremefacta; lugubre ſē cælum oſtendit obductum.

Elapſis ab Aſcenſione Domini diebus decem dum inquit Lucas, complerentur dies Pentecoſtes, deſcendit perſonaliter Spiritus Sanctus ignearum linguarūm in ſpecie ſeditq; ſupra ſingulos Chriſti Diſcipulos, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cæperunt loqui varijs linguis. Tùm re ſatis ſuperq; vera, ibi ex omni natione quæ ſub cælo eſt, Iudæi Hieroſolymis erant: neq; id hyperbolicē carpi iuuat, cum diuina iſthæc verba, vt ſonant, intelligenda ſic, dubio nō verſamus. Erant itaq; & Sardiniani tunc tēporis in ſancta Ciuitate: Iudæi videlicet, & Gentiles. Aderat ſanè ibi Sardinienſis Libertinorum Synagoga, qui vt dictū eſt, vbiq; iam extincti, in Sardiniam reliqui ad miliciam deſtinati ſunt. Cęſar Baronius, vt Veteres, Recenteſq; plurimos omittamus, noſtram rem agens ita fatur: *Sententia fuit Chryſoſtomi (hanc citat etiam Glyc. in Annal.) tot linguarum loquutiones impartitas fuiſſe Apoſtolis, quot erant Hieroſolymis externę nationes, quæ eos loquentes audirent, et ſi plures fuiſſent, plures etiam accepturos fuiſſe, ac deniq; cū diſperſi ſunt per orbem terrarū, lingua omniū gentium, ad quas profecti fuiſſent, eſſe loquutos.*

Sardi in Hierusal. in die Pen... multi

Quiuis itaq; Apoſtolorum linguis omnium loquebantur, non vt aliqui exiſtimarunt, vno ex illis vna duntaxat lingua

(hæc

(hęc Baronij verba ſunt) loquẽte, omnes qui audirent, licet eſſent diuerſarum linguarum, intelligerent. Hanc ē Gregorij Nazianzeni fonte Baronius hauſit; ait enim ſapientiſſimus iſce pater, de hoc myſterio tractans, ita. *Loquentes linguis proprÿs, ſcilicet audientium, hoc eſt externis.*

Hinc profectò claret, Sardinicē quoq; linguam, in Apoſtolorum ore tunc temporis euolutam, Dei magnalia reſetaſſe, loquutam, Quæ ſed lingua noſtratibus tunc dierum? Mixta planè, Græca nimirum, Latina, Iberica Libyca: idq; per oppida cenſeamus. Siquidem in vrbibus Romana tum lingua vigebat, exceptis Græcio, vbi Græcanæ obſeruãtia perpes erat; Sulcide pariter, cæteriſq; Argolicę gentis Aſylis.

Hoc ipſo met anno, XXVI. Menſis Decembris S. Stephanus, primus Diaconorum, omniumq; Martyrum anteſignanus, agonis victorię, pugnęq; laurea redimitus, lactea ſemita cælis inuectus, celebritatem ſui nominis, cum laudis æternitate reliquit. Rem geſtam, certamen inclitum, atq; illuſtriſſimam, & glorioſiſſimam cum Synagoga pàleſtram, exactè Lucas conſcripſit in Actis. Iſthæc ibi. *Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quę appellatur Libertinorum & Cyrenenſiũ & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Aſia diſputantes cum Stephano:* Act. 6. Erant apud Hieroſolymam, diuerſarum regionum collegia Iudæorum, vt optimè notat Baronius: in iis adoleſcẽtes qui ex ipſis prouincijs confluebant, vt Diuinam addiſcerent legem, erudiebantur; in quibus Libertinorum Synagoga, quæ Calari celeberrima erat, ingenij cãdidi venas alebat; eaq; tunc dierum eruditores alumnos, quin & Paſchæ celebritatis amore legatos ſtrenuiſſimos, in literario ludo viros habebat. Libertinorũ autem Synagogam in Sardinia tunc fuiſſe vltra credibilem ac veriſimilem congruitatem, ſatis ſuperq; ſtabile fundamẽtum eſt, diuerſorum de Libertinis agentium monimentum. Nullibi niſi in Sardinia, flos eorum, haud alibi quàm ibi eorum virtus, robur, & neruus. Vnde qui Stephanum diſceptationum iaculis aggreſſi ſunt, Libertini procul poſito dubio, Sardi erant. Libertini, quod ſcierimus, probatioreſq; penes lectitarimus viros, Romæ degebant, & in totum ciuitatis corpus digeſti in quatuor tribus, Exquilinam, Palatinam, Suburranam, & Collinam diſtributi ſunt. Ita Sabellicus Ennead. 5. in præfat. ad lib. 1. *Libertini, ait, qui ad id tempus in totum corpus ciuitatis diſperſi fuerant in quatuor ſunt tribus digeſti, Exquilinam, Palatinam, Suburranã & Collinam.* Accedat huc Taciti teſtimonium, quod ante libauimus; Libertinos nimirum in Sardiniam Roma pulſos, eorumq; reliquias cruciatibus conſummatos, tormentis abſumptos fuiſſe. Vbi tum horũ Synagoga ſuperſtes? Profectò non Romę, Tacito teſte: reuera nec ipſa Hieroſolymæ; ſiquidem ibi Collegia ſolùm nec Synagogę, vbi Sacroſanctiſſimum Templum. Igitur in Sardinia Synagoga Libertinorum. Seruius Tullus Romanorũ Rex Libertinos magnis honoribus exaltauit, tribubuſq; Romanis inſeruit. Sabellicus meminit Ennead. 2. lib. 5. ijs verbis. *Libertinos* (aſpice marginem) *ad hæc, quicumq; tum Romæ fuere. vrbanis tribubus inſertos, Reipublicę, ciuiliumq; rerum participes eſſe voluit. Habuit Rex ſuper ea grauiſſimam apud Patritios orationem quos id factum ęgrè ferre audiuerat; præfatus mirari ſe eos, qui putarent liberum a ſeruo natura, non fortuna diſtare quiq; ciuitate indignos eos arbitrarentur quos ob ſpectatam fidem & virtutem libertate dignos iudicaſſent, quin melius ciuitati conſulerent, & quem improbum putarent in ea fortuna habere perſeuerarent, quẽ vero merito manumiſſum crederent, ne ciuili vſu vitaq; fraudatum vellent.*

Libertinorum Sardinianorum congreſſa ſtrenuitas Stephani victoriam acceſſoriæ gloriæ celebritate nobiliter inſigniuit: eaq; Synagoga videlicet, velut egregia, cunctarumq; regionum cęterarum antonomaſtica, & anteſignana, in Actis à Luca præ dignitate prefertur. Erat igitur Synagoga Libertinorum dignitate pręcipua, fama celebrior, quandoquidem ipſi Apoſtolicus Choroniſta in ſua tribuit narratione primatum; *Surrexerunt*, inquiens. *quidam de Synagoga Libertinorum*: &c.

An. Ch. 35. *An. Tyb. 19.*

POſt inclyti Protomartiris lauream, facta eſt perſequutio magna in Eccleſia, propulſiq; ſunt omnes Hieroſolymã Chriſtianos, quibus in diuerſas longeq; poſitas regiones profectis cæpit Iudæis Euangelium prædicari. Cæſar Baronius An. 35. ex aliorum ſententia, vltra

tra xv. mil. credentium, in ea perſequutione tradit fuiſſe diſperſa. De iſthac agens Athanaſius hom. de Semente, *habes*, inquit, *in Actis Apoſtolorum, poſt lapidatum Stephanum Diſcipulos diſperſos, Vniuerſumq; orbem peragrantes, viuificę doctrinę virtutes efficaciaſq; diſſeminarint*. Gregorius Niſſenus Serm de S. Steph. ea de re inter alia hæc. *Hinc in orbē terrarum Diſcipuli currere cęperunt, hoc omnes in partes, ſermonis diuulgationis initiū eſt: nam niſi ab illius cęde populus Iudęorū in Diſcipulos ſeuiſſet, forſitan ſolummodò Hieroſolymis Euangelij gratia incluſa eſſet: nūc verò agitati à Iudeis, alius aliò gentiū per orbem terrarū diſperſi ſunt*. Et quæ protrahit Diximus Iudæis Euangelium tunc temporis per orbem annuntiatum, non quidem gentibus; nondum enim Euāgelij oſtium fuerat gentibus reſeratum. Proſequitur Flauius Lucius Dexter, grauiſſimus Annaliſta narratione dexterrima; diſperſionem iſtam, ſic fatus. *Occiſo lapidibus Stephano Protomartyre, magna perſequutio Hieroſolymis, & in confinibus exoritur. Pluſquam quindecim mille viri, qui prædicantibus Apoſtolis in Chriſto crediderant, fugantur alij ad Aſiam, nonnulli ad Europam veniunt. Ex ijs pluſquā quingenti naue Cypri educti, portum Carthaginenſem Hiſpaniæ pertingunt. Ex ijs primi poſt à B. Iacobo eligantur vrbium Pontifices, & Paſtores*.

Tempeſtāte hac venit in Sardiniam, in vrbem Calarim, vbi Synagoga vigebat, Euangelium. Neq; alius quàm Bonifatius Chriſti Diſcipulus Chriſti Euāgelicæ pacis nuntium Calaritanis intulit arcibus. De hoc B. Martire, Chriſti Diſcipulo Bonifatio illuſtrem atq; celebrem mentionem facit Archiepiſcopus Calaritanus Franciſcus de Squiuel, in Relatione ad Paulum V. P. M. de Sanctorum corporum inuentione fol. 84. Inuentum eſt enim in Eccleſia S. Luciferi, intus in vrna lapidea vetuſtiſſima, corpus ipſius, cum huiuſmodi literārum inſcriptione.

B. Bonifat. diſcip Chriſti in Sard.

HIC IACET B. M. BONIFATIVS Epis. Xpti DISCIP. QVI VIXIT. Ann. PLVS MINVS LX. REQVIEVIT IN PACE V. CAL. IANVA.

Chriſti diſcipulatus quadruplex.

Diſcipulorum Chriſti quatuor ordines, ſeu claſſes, Doctores, imò Euangelicus textus aſſignant. Primam duodecim Apoſtolorum: de qua Ioannes; *Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis, trans torrentem Cedron*. Secundam 72. de qua Lucas, *Deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos*. Tertiam ſermonibus & Chriſti ſignis conuerſorum: de hac Ioannes cap. 6. ſic *Ex hoc, multi Diſcipulorum eius abierunt retro*. Horum ex numero erant Lazarus, Ioſeph ab Arimathia, Nicodemus, Zaccheus, & alij. *Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph Arimathia, eo quod eſſet Diſcipulus Ieſu*. Ioan. Cap. 19. Vltimā tandem eorum, qui Apoſtolorum prædicatione Chriſti fidem ſuſceperunt; qui etiam Chriſti Diſcipuli vocabantur: Act. 6. *Creſcente numero Diſcipulorū*. Act. 6. *Docuerunt turbam multam ita vt cognominarentur primum Antiochiæ Diſcipuli, Chriſtiani*: Act. x1. Beatiſſimus Martyr, & Pontifex Bonifatius, tertię claſſis erat; meritiſſimò & iure optimo, Chriſti Diſcipulus marmoreis titulis celebratus, inſcriptus. Hunc feliciſſimum, & ſaluberrimum pacis Euangelicæ primum Sardinię nuntium deſturriſſe credimus, & firmamus. Nec officit, quod Seraphinus Squirro Minorita in Sanctuario Calaritano, ex quadam Bibliotheca Romana tradit, B. Bonifatium hunc, ab Apoſtolo Petro Calaritanum Epiſcopum ordinatum: quandoquidem, repertum ibi, facilè potuit ordinare. Accipitur quod Auctor iſthic refert, Ms. quodquidem nos, tanti viri præſtantia circumſpecta reijcere formidantes arbitrarię fidei commendamus: idq; iam iam qualecumq; ſit accipe. *Sanctus Bonifatius Martyr, Chriſti Diſcipulus Epiſcopus Caralitanus, à Diuo Petro ordinatus; vbi prædicationem Euāgelij, miraculorum magnitudine confirmauit: poſtmodum ſtabilita ſede Caralitana ad cæteras Sardiniæ partes admouens oculos vt apud omnes prædicatio Euangelica eluceſceret, Diſcipulos quos habebat, in diuerſa loca mandauit; & ſignanter ſanctū Melithonem ad Sulcim vrbem Græcorū. & Romanorū Coloniam, vbi mira docuit, & fecit: atq; ita per totam Inſulam Chriſti fides propagata eſt. Tandem Bonifatius mira ſanctitate florens, poſt multos labores, à Caralitano Pręſide captus, varieq; tortus, ſuperatis omnibus cruciamentis, ſub impia Neronis perſequutione, ſecuri percuſſus, ſempiternā adeptus eſt vitam*. Hæc Ms ipsū à Squirro proditum. Hoc planè modo, hac profectò Credentium diſperſione; Ananias Damaſcum, Samariam alij, Eunuchum Philippus, Arimatheius Ioſeph Britanniam, Magdalena Marſiliam, Bonifatius

Calarim

S. Bonif. Sardus

Calarim, ſalutaribus vitæ dogmatibus erudiuit. Aſt iſiſce Sardus natione fuiſſe, à multis, à quorum ſententia non diſtamus, pietate præſtantibus affirmatur. Iure ſat merito. Siquidem pleriq; diſperſi ad propria remearunt; taliſq; ac tantæ felicitatis nuntia patrijs finibus auido quiſq; nixu, pręcipuo ſtudio, curauit inferre; vtq; expeditiùs peruentio eſſet, talaria pedibus ad iter innexuit.

Mariȩ Magdal. exiliũ

Hoc ipſo met tempore, Lazarum, Mariam Magdalenam, Martham, & Marcellam pediſſequam, in quos Iudæi maiori odio exardeſcebant, non tantùm Hyerosolymis pulſos eſſe, ſed vnà cum Maximino, (Simone leproſo à multis aſſerto) Chriſti Diſcipulo, naui abſq; remigio impoſitos, certùm in maris periculum fuiſſe creditos, diuinaq; prouidentia Maſſiliam appuliſſe, pium eſt fidei. A Iope littore in Sardiniam rectus curſus eſt; vnde nauiculam illam, ratio ſuadet, mare ſulcaſſe Sardoum, auraſq; noſtrates cęleſtium, quos vectabat, nuntiorum ſalutationibus expiaſſe.

Mare Sardoum alluit Galliã Narbonẽſẽ

Mare Sardoum, non modò quod Lybico ſe commiſcet, verùm etiam quod Marſiliæ Narbonenſiſq; prouinciæ oras alluit, eſt cenſendum. Audiatur ſemel iterum, atq; iterum Polybius, Lib. 3. *Eius pręcipua pars Septemptrionem ſpectat; intra Tanaim, & Narbonem Fluuium, qui non longè diſtat ab ora Maſſilię, ac Rhodani oſtijs, quę in Sardoum defluunt mare.* En ſemel. *Verùm Annibal incredibili celeritate Gallis omnibus partim pretio, partim metu pacatis, ad Rhodani tranſitum, per maris Sardoi littus, cum exercitu properabat.* Ecce iterum. *Annibal, cum his, atq; omni equitatu aduerſa Rhodani ripa, Mediterranea Galliæ petit. Rhodanus tribus fontibus ſurgit ſupra maris Adriatici intimum ſinũ deinde Lemano Lacu acceptus tenet impetũ; ſiq; per medium iter agens egreditur; & inde in Occidentem ablatus, aliquandiu Gallias dirimit: poſt, curſu verſus Meridiem adducto, defluit in mare Sardoum.* Eccere atq; iterum. Iſthoc noſtrum gloriabundi mare, pręconijs inclytum, celebramus, euehimus, Eccleſiæ Procerum nauigatione gentium conſecratum. Bonifatius noſter, Magdalena Seraphica, Martha Hoſpita, Marcella pediſſequa, Lazarus rediuiuus, Maximinus, Celidonius cæcus natus, Ioanna aliiq; quorùm corpora in Eccleſia S. Maximini viſuntur, Marthæ verò Taraſci, Sardinicas vndas ſacris onuſti reliquijs peragrantes, Calaritanas oc-

Nauicula Mag. dalen.

ciduaſq; Inſulæ oras percurrerunt. Calaritanas inquam: non enim Taphes (Ionifatij fauces) adiere, ſed recto à Iope tramite quo eos voluntas ferebat, pelagus ſecuere. Tranſitus iſce nauis eiuſce, à tot ſæculorum iniurijs, atq; obliuijs triumphauit. Quædam namq; ex adiacentibus Sardiniæ Inſulis tum ab eius nauigatione tranſacta, cumq; à Reginæ nimirum Maſſiliæ rediuiuæ miraculo, Magdalenæ nomen aſciuit. Illac enim diuinitus recta nauicula trãſijt: ibi creditur ſuſcitata puerpera, ibiq; per menſes ad puellulũ ſubalendũ lac exanguis vberibus effluiſſe. Conſule Acta Magdalenę & ſociorum, eiuſq; vetuſtiſſima monumenta; hiſtoriam perlege, diſce miraculum.

Sardiniæ oras tranſijt.

Inſula Magdal. adiacet Sardiniæ. Reginæ Maſſiliæ inſula ſuſcitata.

Extat & ipſius celebre Magdalenæ tẽplum apud Calarim iuxta mare; extat apud Sarabinenſem regionem, in monte qui oppido Murauerenſi imminet, B. Marthæ Sacra, quam ad eius laudem, & honorem, ibi animarum curam exercẽtes, collapſam reſtituimus, ędicula Aſt eam, non quidem Hoſpitę Chriſti Marthæ, ſed alius Marthæ Virg. & Martyr regionis illius indigenę, fuiſſe non dubitamus. Incuriæ noſtrę verte, quum parietes Eccleſiæ huius, ſubleuari ſtuderemus cryptam imam, ſaxis repletam, euacuandam nequicquam ſuſceptam. Ibi fortaſſe huius B. Marthę Sarabinenſis reliquiæ. Obruimus foſſam pauimento ſubſtrato; neq; aduertimus. Ad eius feſtũ ex omnibus finitimis locis populorum multitudo antiquitus affluebat: ſuperſtitiq; traditio, ex oppido ſatis eximio, Caſtiadas, 100. albis vectos equis, homines aduenire conſuetos. Sed quia S. Marthæ noſtræ nondum vulgata res, Chriſti Hoſpitæ decori eccleſiunculã illam dedicari, operępretium duximus. Conſita Sarabenſis regio Diuùm Eccleſijs, quos ipſa mũdoq; Deoq; peperit nonnullis eſt fides. Ex ijs eſt S. Iuſtus, cuius in littore maris extructum, peruetuſtum, iamq; iãerutum, ineſt templum. Illuc acceſſo, ad latus Euangelij, ruſticorum theſaurũ; quem Scuſorxu vocant, quęſitantiũ opera, corpus effoſum reperimus; quodquidem poſtea, mente conſulta, cordeq; in rei cõtemplatione, flagrante, animaduerſum, non exquiſiuiſſe, & corpus, & titulum (erat namq; ſuper corpus, hominũ quatuor impar viribus, lapis ingens, iſq; à ruſticis ipſis ar[illegible]tus) pænitudinis hanc animam iaculo tranſadegit. Proculdubio Sanctus is Iuſtus, Sardus eſt: ibiq; pe-

S Marta Sarabenſis.

ſcatet Sarabenſis regio ſãcti natiuis.

S. Iuſtus in littore Maris Caſtiades

temptus, ibiq; vt creditur eſt humatus.

Hoc anno Sardiniæ regimen pronum erat, ob Tiberij ſæuitiam perglifcentem, vide Tacitum, Dionemq; Cum enim nõ ſuppeterent ſucceſſores, prouinciarum Præfecti ſorte ducti, Pretorij per trienniũ Conſulares per ſexennium preerant, iiq; ſat ægrè; interciderat enim, tantæ crudelitatis formidine, ſortis humanæ cõmercium. Hoc eodem anno Tiberius, nepotem ſuum Caium Caligulam in Romanum euexit imperium.

An. Chr. 36. *An. Tyb. 20.*

HOC anno Iacobus Apoſtolus ſuã dedit Epiſtolam eiuſmodi inſcriptione ſignatam. *Iacobus Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus quæ ſunt in diſperſione ſalutem.* Cæſar Baronius hanc diſperſionem, nõ aliam, quàm Stephani necem illico ſubſequutam, exiſtimat; dicens. *Neque enim de alia diſperſione, quam quę facta eſt poſt lapidatum Stephanum, tam Petrus, quam Iacobus potuerunt intelligere: quandoquidem (vt antea dictum eſt, auctore Philone) Iudei cum nequaquam Palæſtinæ terminis cõtinerentur, ſed longè, lateq; in Aſia, Affrica, & Europa in cunctis ferè prouincijs Romano Imperio habitarent, cum nemine impellente, ſed antiquitus eò ſponte migraſſent, nunquam vel à Philone, aut Ioſepho, vel alijs qui res Iudaicas ſunt proſequuti, dicti inueniuntur diſperſi, aut ex diſperſione collecti Iudei ſed coloni, & indigenæ:* & cætera; *dehinc ſubdit. Horum fuiſſe ingentem numerum certum eſt: nam ſi quis omnium credentium habeat rationem, cogitetq; tantùm Apoſtolos (quod Lucas ait) Hieroſolymis remãſiſſe, inueniet profectò, multa millia Chriſtianorũ ea fuiſſe exturbatione diſperſa.*

Hæc Epiſtola Sardiniacæ diſperſioni amandata eſt quoq; accepit eam proculdubio Bonifatius Chriſti Diſcipulus, pacis eiuſce Euangelicæ nuntius, & nouellę fidei ad Iudaicas aures primicerius cõclamator.

Hoc ipſo met anno Hieroſolymorũ primores Iudæorum, in Sardiniam ad Synagogam, delectos homines tranſmiſerunt, dicentes, hæreſim Sectamq; Chriſtianorum nullius numinis eſſe cultricẽ (hoc eſt Atheiſtas eſſe.) Eiuſmodi legatos contra ſanctiſſimum tunc temporis emergentem, Fideliſmum non in Sardiniam modò, verùm & in omnem terrarum orbem Iudæi emiſerunt; ne Chriſti fidem doctrinamq; admitterent præcipiẽtes. De hac re S. Iuſtinus Martyr Apoſtolorum temporibus peruicinus, in lib. de verit. Chriſtianæ Relig. Triphoni Iudæo, inter alia iſthæc fatur obijciens. *Vt etiam viros eximios Hieroſolymis delectos in terram omnem tunc legaueritis dicentes, hæreſim, ſectamq; Chriſtianorum nullius numinis cultricem extitiſſe.* Hiſce ſimilia ſcribit Oecumenius in cap. vlt. Act. Apoſtolorum, antiquos hiſtoricos referens dicens. *In Veterum ſcriptis reperimus, Sacerdotes, & Scribas, & Presbyteros qui erant Hieroſolymis, in omnes gentes, Iudæis qui vbiq; erant literas miſiſſe, quibus doctrinam Chriſti, calumniatores, quaſi aliena à Deo eſſet, præcipiebant, ne ipſam admitterent, Id quod etiam prophetia Iſaię videtur ſinificare, quæ ait: væ tibi* (Iſa. cap. 18.) *nauigiorum alę, vltra Aethiopiæ fluuios mittens in mare obſides, & Epiſtolas papyraceas ſuper aquam. Quibus verbis ſignificat Propheta, trans regionem quoq; Aethiopiæ, & extremas terrarum oras ſonum improbitatis Iudeorum, qui Iudæam habitabant, par quędam quaſi volantia nauigia fuiſſe tranſmiſſum: nuntioſq; ipſorum papyraceas Epiſtolas ferentes ſuper aquas, & mare nauigantes, in omnes partes terrę diſcurriſſe, Saluatoris noſtri prædicationem calumniando.* Vide num inſulas peſtiferæ iſtæ atq; Sacrilegæ literæ penetrarint, dum papyracea mare nauigia percurſarint?

Magnalia quę de Virgine Deipara per vniuerſum terræ ambitum, & quidẽ nõ non vulgari præconio ferebantur, à remotiſſimis mundi prouincijs Fideles cogebant Religionis ergò, deuotiſſimè Hieroſolymam peregrinari. Ex Sardinia viſendi ſtudio Matrem, vti ex Hiſpania in Sanctam Ciuitatem cõfluebant. pluresq; Sacroſanctiſſimum illud celeſte prodigium, cernui venerãtes, fidei robur adepti ſunt. Habetur apud D. Ignatium, in epiſtola ad Apoſtolum Ioannem huiuſmodi rei ſpecimen iſthac ſerie. *Sunt & hic de mulieribus noſtris Maria Ieſu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos diſcurrere volentes, vt eam contingant, & vbera eius tractent, quę Dominum Ieſum aluerunt: & quædam eius ſecretiora percontentur ipſam Mariam Ieſu. Eſt & Salome, quam diligis filia, Hieroſolymis anno & quinq; menſibus apud eam commorans: & quidam fortè notificauere, eandem Matrem Dei omnium gratiarum abundantem, & omnium virtutum (more virginis) & gratia fœcundam; quę (vt dicunt) in perſequutionibus*

Nota Virgine Chriſti Matre excellẽtias.

nibus

nibus & afflictionibus eſt hilaris, in penurijs & indigentijs querula; iniuriantibus grata, & moleſta re lętatur; miſeris & afflictis condolet afflicta, & ſubuenire non pigreſsit: contra vitiorum autem peſtiferos conflictus, in pugna fidei diſceptans enitesſit. Noſtrę nouę Religionis, & pęnitentiæ eſt magiſtra, & apud Fideles omnium operum pietatis miniſtra. Humilibus quidem eſt deuota, & deuotis deuotiùs humiliatur; & mirum ab omnibus magnificatur, cum a Scribis & Phariſęis ei detrahatur. Præterea multi (qui ſcilicet eam adibant) *multa referunt de eadem, tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre, ſed ſicut nobis à fidedignis narratur, in Maria Ieſu, humanæ naturę natura Sanctitatis Angelicæ ſociatur. Et hęc talia exsitauerunt viſcera noſtra, & cogunt valde deſiderare aſpectum huius (ſi fas ſit fari) cæleſtis prodigij, & Sacratiſſimi monſtri.* Flauius Lucius Dexter An.35. de ſola patria curam habens, *diuerſi*, inquit, *per Hiſpanias mortem Chriſti, Reſurrectionemq; denuntiant; & Marię vitam, ad quam frequens ex Hiſpania* (dixiſſet ex orbe toto) *fiebat peregrinatio, maximè poſt conuerſionem Cornelij Centurionis: totamq; prouinciam vndiq; mirificis, & inauditis nuntijs complent. Ex ijs poſtea à B. Iacobo eliguntur vrbium Pōtifices, & Paſtores. Dubium an omnes Iudęi fuerint.* Hęc ille.

An.Ch.37. *An.Tyb.21*

HOC anno cum Lucio Dextro, alijsq; B. Iacobi in Hiſpaniam aduētum firmiſſimè credimus, & firmamus. Venit Iacobus ab Hiſpanis inſtantiſſimè poſtulatus, & à Petro cæteriſq; Apoſtolis

Hiſpani B. Iacobũ petunt, vt veniat, & ſibi prędicet.

miſſus. Extat de poſtulatione hac apud Iulianum Archipresbyterum S. Iuſtę, Alfonſi VI. Imperatoris Hiſpaniæ, celebratiſſimus Choroniſta, in ſuo Chronico, qui referens literas quas ipſe inuenerit, Toleti in Archiuio S. Iuſtæ, ait. *Tertia verò Epiſtola, quæ ſolum erat in Hebræo, erat reſponſiua, qua petebant Hieroſolymitani Iudęi de genere Sacerdotali, Annas, & Caiphas, Ioſeph, & alij, ne ſi venirent ad Hiſpanias Diſsipuli Chriſti (nam dicebant venire iam Iacobum Zebedęi filium, eius Apoſtolum) nullo modo eos admitterent; ſed tā quam illuſores, & nebulones ſuis vrbibus arcerent. Illi vero miſerunt Euphraſium, & Indalecium; rogantes Petrum, & cæteros Apoſtolos, vt ſtatim Iacobum mitterent. Qui venientes Ieroſolymam dederunt ſuas Epiſtolas Petro, & viſis eius miraculis conuerſi ſunt, & venerunt cum B Iacobo, quem ad tam honorificam miſſionem, vt Chriſtus eam deſignauerat, libenter ſe illi commiſerunt. Hanc ego Epiſtolam Hebræam iuſſu Sereniſſimi Imperatoris Adelphonſi VI. in Hiſpanum conuerte, & in Tabulario ciuitatis Toletanę, ſeruandam diligenter reponi iuſſi.* Arridet ijs Dexter, Ann. 35. *Hiſpani, pręcipue Iudæi, mittunt legatos ad Apoſtolos, vt quam primum aliquis eorum veniret ad eos, qui de rebus recentibus de Chriſto eos verius, & vberius doceret.* Hæc ille.

Synagoga Libertinorum, quę magis quàm aliæ, præter Hieroſolymitanam, legis amore zeloq; flagrabat, ad Apoſtolos ex Sardinia nuntios delegauit, idipsũ quod Hiſpanica, flagitans. Mirum ne dictum, magis quàm cæterę zelo flagraſſe? Nil equidē; cum in Actis eam in cathalogi capite ſitam videris, *ſurrexerunt quidā de Synagoga quę appellatur Libertinorũ*; Iure equidem optimo: Libertini ſiquidē Romæ pollentes, munijs decorati, ciuitate pleriq; Synagogam Romanam cōponebant: quę velut in curia, orbis imperij vertice, conſtituta, auctoritate, dignitateq; præſtantior, cæteris mundi Synagogis, iecur (Hieroſolymitana enim cor) erat. Hæc itaq; magnarum præſertim, ſciendarum rerum ſiti perenniter ęſtuans, vbiq; terrarum, ac gentium ſuos oculos, ſuaſq; habuit aures. Ad Apoſtolos igitur primum ij ſuos nuntios deſtinarunt, priuſq; ad eos quàm ad Hiſpanos, vt patet inferius, Iacobus venit ipſis prius, quàm Hiſpanis, Euangelium prædicauit Apoſtolus.

De aduentu Iacobi in Hiſpanias.

SAncti Apoſtoli Iacobi in Hiſpanias, multi Auctores, præter antiquiſſimā traditionemq; vniuerſalem, teſtantur acceſſum. Bartholomæus Laurentius Prior S. Eccleſiæ de Pilari, LXX. Scriptores cō teſtes aſſignat. Ioannes de Salazar ad 110. vſq; numerum auxit. Franciſcus de Ieſu ad 148. Pontificum verò Patrumq; Sāctorum teſtimonia rem corroborant, & confirmant. Innocentius II. Leo III. Calixtus II. & Calixtus III. D. Iſidorus in lib. de ortu, & obitu Patrum, cap. 71. D. Hieronymus, in Iſa. lib.10. cap.34. D. Athanaſius Synaita, in lib. de paſſionibus Martyrum. D. Braulius in abbreuiatione Vitæ S. Iſidori, & in quodam ſerm. de S. Iſidoro. Vener. Beda in Collectaneis.

NotKerus in ſuo Martyrolog. die 25. Iulij. Iulianus Toletanus Antiſtes ſuper Naum, cap. 1. Valafridus Strabus in Carmine de eodem Apoſtolo. Venantius Fortunatus in Epigram. de eodem. Gotfredus Viterbienſis in Chron par. 14. cap. 7. Martinus Polonus An. Chr. 34. Philippus Bergom. & Hermanus Schedel, An. 43. Belethns in Rationali Diuinorum, cap. 140. Durandus lib. 7. cap. 17. Nicolaus de Lyra in Abdiam ad illa verba, *tranſmigratio qnæ in Boſphoro eſt*. Alphōſus Toſtado: Otho Epiſcopus Friſingēſis lib. 3. hiſt. Friderici Imper. Cap. 15. D. Antoninus à Florentia, 1. pa. hiſt. tit. 6. cap. 7. Vincentius Beluacenſis Epiſcopus in Spec. hiſt. lib. 8. cap. 6. Primus Cabilonenſis Epiſcopus in ſua Mappa mundi Spirituali, verbo, *Compoſtella*; D. Vinc. Ferrer in ſerm. de S. Iacobo. Petrus de Natalibus, Gualbertus Fabritius, in Chr. Regis Catholici, Prol. 3. Thomas Bocius tom. 1. lib. 4. Dionyſius Richelius, Rodericus Sanctius Epiſ. Palentinns, 1. par. hiſt. Hiſp. Petrus Caniſius de Deipara: Genebrardus, Franciſcus Tarapha, & cęterum alij Scriptores egregij conteſtantur, & aſſerunt. Conſulendus Franciſcus Biuarius Ciſtercenſis, in Flau. Lucium Dextrum, Comm. 1. fol. 51. & 52. vbi noſtræ patriæ commendabile monumentū afferens, Athanaſij (Apoſtoli Iacobi Diſcipuli) primi Cęſarauguſtanę Eccleſiæ pręſulis operum, ex Archiuio Regni Sardiniæ, fragmentum, ab Epiſcopo Tudenſe petitum, typiſq; commiſſum, affirmat. Idemq; fol. 56. tradit in calce: *fragmento,* inquiens, *operum, D. Athanaſij primi Cæſarauguſtæ Epiſcopi, & eiuſdem Petri Bracarenſis nimirum Epiſcopi, & Martyris, B. Iacobi Diſcipuli) ſub diſciplina Sancti Apoſtoli conudiſcipuli: quod ab Scrinijs cuiuſdam Bibliothecæ Sardiniæ; acceptum per manus P. Bartholomęi de Oliuenza Prouincialis, ſocietatis Ieſu in inſula Sardiniæ; typis poſtmodum excudit Diuus Prudentius de Sandoual, Epiſcop. Tudenſis, in hiſt. eiuſdem Eccleſiæ.*

Scrinia igitur S. Iacobi, eiuſq; alumnorum acta ſeruabat? Ecquid ni? Abſumpſere, prohdolor, incendia: quot Sardiniæ magnalium veſtigia rerum nūc proderent eius Archiuia, ni Fidei hoſtes vſſiſſent? Sarraceni inquam, Vandali, bellorumq; turbines extinxere, quæ hiſce miſeriæ tantę diebus, eflemus. Aduentus B. Iacobi in Sardiniam, Calarimq; vbi Synagoga, & legis obſeruantia vigebat, in Scripturis populorum enarratus, diligentiſſimè cuſtoditus, pretioſo codice æternitati conſecratus, aureis in ſcrinijs, illius feliciſſimę tēpeſtatis fulgoribus illuſtratus, multis, à mundi ſalute, perſtitit æuis: & ſicut prior in Apoſtoli aduentu, & prędicatione merenda, Sardinia fuit, Hiſpania, ita res eius, vt hæres dignior, atq; maior, poſſidens, atq; ſeruans, Hiſpaniæ contulit, miniſtrauit.

De aduentu S. Iacobi in Sardiniam.

Viſo Iacobi in Hiſpanias aduētu, operæ pretium eſt, in Sardiniam videre præuētum. Aduenit quippe nos priùs, quam vos, Hiſpani. Sardinia, nonne Sādaliotis, Apoſtolorum crepida ſacra, Sādalium? ęquum hinc Iacobum Sandalio iſthoc ad Hiſpanias calceari. Quippe qui, teſte Marco, calceati Sandalijs ad prædicandū ibant Apoſtoli, nudipedes pergere nou debebant. Neq;imus inficias, hic myſticè loqui de Sandalio iſto: nihilominus ad rem noſtram confert (faſq; ſit fari agedùm) B. Apoſtolum Iacobū, antequàm Hiſpaniæ dumeta tentaret, Sandaliotis pedes ſuos Sandalio muniuiſſe. A Ioppe namq; iter arripiens, recto curſu nauigatione directa, Calaritanas calcauit arenas. A Ioppe ſiquidem portu, aliam quàm Calaritanam, Inſulæ partē, ęquius, atq; rectiùs, quin & commodiùs, attingere minimè poterat.

B. Iacobus prius in Sardiniā, quàm Hiſpaniam venit.

Veniſſe Iacobum in Sardiniam, priuſquam Hiſpaniam penetraret, Virorum in literaria, & hiſtorica re ſummorum teſtantur elogia. Eſt in primis Breuiariū Armeniū, cuius teſtimoniū ex Armenica in Hiſpanicā tranſtulit, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Paulus Pacheco, Epiſcopus de Murs. filius, inquam, nobiliſſimi D. Don Ioannis Pacheco, ex militia S. Iacobi, equitis inclyti, Caroli V. Imperatoris ad Principes Armenios oratoris & Nuntij. Habet Breuiarium ipſum Armenium, in lectionibus officij S. Iacobi iſthæc verba. *Profectus igitur Iacobus Apoſtolus ex portu Iope in Sardiniā venit*. Hoc Breuiarium ab Archiepiſcopo ſeu Patriarcha Hieroſolymitano ordinatum & digeſtum fuit, circa annum Domini 1054. Verſio autem Epiſcopi nominati hæc eſt. *Partido pues el Santo Apoſtol de Ieruſalem. embarcòſe en el puerto de Iafa, y vino à la Isla de Sardeña, y de alli a Eſpaña, à donde deſembarcò en Cartagena, ciudad del Reyno de Murcia: de alli*

Recitas Breuiarium Armenium S. Iacobi in Sardiniā aduentū

fuè

fuè à Granada, à donde predicò, y martirizarõ à vn Diſcipulo ſuyo. De alli fuè à Iaen, y luego à Cordoua, y a Merida y Portugal, y Braga. Entrò en Galizia à dõde predicò y reſidiò buẽ eſpacio de tiẽpo; al cabo del qual le aparecciò la Virgen nueſtra Señora; mando le boluieſſe à Ieruſalen, y el lo hizo aſſi. llegãdo à Zaragoça de Aragonle aparecìo la Virgen otra vez, y le mãdò fũdaſſe alli vn Igleſia, la qual dedicaſſe en ſu nombre, y el hauiendo lo hecho, ſe fue à Tarragona, à dõde ſe embarcò con los Diſcipulos que llebaua, de los quales hauia conuertido en Eſpaña los nueue, y aſſi llegò a Iudea, y à Ieruſalen.

Habes id quoq; alios auctoritatis eximię penes viros firmiſſimè conteſtatum. Ferdinandus de Oxea in hiſt. S. Iacobi, cap. 6. fol. 22. Doctor Didacus de Caſtillo, Prior, & Canonicus Eccleſiæ Palentinę, in defenſorio aduentus in Hiſpaniam, S. Iacobi, cap. 16. fol. 8. cuiuſmodi defenſionis volumen, cum eſſet Romæ, felicis memorię Clementi PP. VIII. præſentauit. Omnes ij præſtantiſſimi, planè, & apud Hiſpanos celeberrimi, viri, Apoſtoli Chriſti Iacobi, in Hiſpanias tranſeũtis, noſtras ad oras teſtantur acceſſum: ijdemq; Breuiarium Armenium ſic recitans referunt. Fatentur id ipſum eruditiſſimus Didacus de Murillo Minorita, in hiſt. del Pilar. fol. 270. Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſq; dominus Franciſcus de Squiuel Archiepiſcopus Calaritanus in relatione ad Paulum V. P.M. Doctor Martinus Carillo, in rel. tione Sardiniæ rerum, ad Philippum III. Regem Catholicum, §. 4. fol. 34. Aſt & noſter diſertiſſimus compatriota in illo Seraphico docto, pioq; tractatu de Chriſto Crucifixo, lib. 3. tit. 4. loco 12. num. 20. ita Iacobus Pinto ſcribit: *Sic Iacobus Maior Apoſtolus, in occidentales Hiſpanię oras traijciens, Sardiniam appulit, ibiq; Chriſtianæ fidei lucem effudit. Eius in Sardiniam appulſum teſtatum habes in Breuiario Armenio, ab Archiepiſcopo Hieroſolymitano, circa annum Domini* 1054. *concinnato, cuius verba refert, inter alios, Didacus del Caſtillo, in ſua aduentus Iacobi in Hiſpaniam defenſione. Profectus igitur (verba Breuiarij ſunt) Iacobus Apoſtolus ex portu Iope (ſeu Iapha) in Sardiniam inſulam venit.*

Aureum equidem teſtimonium! Tanto viro digniſſimum veritatis elogium! Colligitur demum ex almi patris Iſidori verbis, in lib. de vita & morte Sanctorũ, cap. 73. hoc fati modo. *Hiſpanis, & Occidentalium locorum populis, Euangelium prædicauit; & in occaſu mundi lucem prædicationis infundit.* Enim verò Sardinia Occidentalis quoq; locus eſt. Simile propè teſtimonium extat apud Gaſparem Sanchez, tract. 3. cap. 23. Sanctus ac Doctor Hieronymus, de Scrip. Eccleſ. tom. 1. *Iacobus*, ait, *Zebedei filius, duodecim Tribubus, quæ erant in diſperſione, omnibus prædicauit Euangelium.* Penſato ly, *in diſperſione*, lyq; *omnibus.* Etenim, vt oſtenſum eſt retro, nil alia, quàm ea quæ Stephani neci ſucceſſit, diſperſio, poteſt intelligi. Hæc autem per Hiſpanias potiùs, atq; Inſulas effuſa eſt.

Calaritanam Synagogam, vti præcipuam, Iacobus adiuit, eamq; myſterijs Fidei efficaciter informauit, inſtituit. Quòd verò Calari Synagoga eſſet, ex Epiſtolis S. Gregorij patet, liquet ex alijs. Quin ex olim conſultis quibuſdam doctis in lege Rabinis, habuimus, Synagogam eorũ decumanam, primariam, & Antesignanam, Calari conſtitiſſe. Iudęos Africanos aliquando conſulentes, ab ipſis accepimus; è Sardinia, Ferdinandi Regis imperio, pulſos, in Africam contendiſſe, ibiq; nunc poſteros eſſe pleroſq; Conſtãtinopolim tranſuectos immodicos. *Calari Synagoga pręcipua Iudęorum.*

Apoſtolus deniq; quia nondum Euãgelij ianua reſerata erat, Gentilibus nequicquam prędicaſſe credendus eſt; Iudæis igitur ſolis; ex ijſq; conuerſi nonnulli, animarum ab eo cuſtodes effecti ſunt.

Annus hic 37. congruus eſt aliorum ſententiæ, opinioniq; Scriptorum. Dexter cum ſequacibus, anno 36. hunc in Hiſpanias B. Iacobi aduentum ſtatuunt; quorum auctoritatibus arridentes, anno 37. conſtituimus, non proprio quidem marte, ſed reflexiori potius ad meliorem temporis calculum, animo, cum alijs fide præditis viris, vnius exitum, alteriuſq; veſtibulũ contemplantes annorum, prælibato firmauimus ęuo. Viſo iam latè Apoſtoli Chriſti Iacobi in Sardiniam aduentu, habitoq; penes mentes oculoſq; purgatos, Calarim, ratione & iure, munito: ſupereſt nunc quoſnam, quot ve Diſcipulos ſibi ad iter aſſumpſerit, ſecũ tulerit. Duodecim, hoſq; Baſylium, Athanaſium, Pium, Maximum, Chriſogonum, Theodorum, Cæcilium, Theſiphontem, Iſcium, Caloccrium, Torquatum, Secundum, Indalecium, & Euphraſium. Lucius Dexter hos recitat, dicens: *Multos etiam Diſcipulos, pracipuos autem numero duodecim, more Apoſtolico in Hiſpa-*

Hiſpaniam ſecum portat. Scilicet Epiſcopos Baſilium, Pium, Athanaſium, Maximum, Chryſogonum: Presbyteros, Taeodorum, Cęcilium, Theſiphontem, Iſcium, Caloceriũ Lectores: Torquatum, Exorciſtam: & Secundum, Indalecium, Euphraſium Oſtiarios. Concordare videtur Papa Calixtus II. in lib. de Miraculis S. Iacobi, agitq; Leo P. M. III. aliiq; ſcriptores Hiſpani, veteres, & recentes.

Maximum verò hunc, illũ ipſummet eſſe credimus, & habemus, cuius corpus inuentum eſt Calari in campo Sancto, ſub eadem S. Luciferi crypta, pręteritis annis aliquot, vnà cum cæteris ibi effoſſis; quorum nomina, inſcriptioneſq; videre potes in relatione Archiepiſcopi Calaritani, ad Summum Pontificẽ Paulum V. peneſq; Seraphinum Squirro Minoritam, in ſuo Sanctuario, eruditione, & pietate conſpecto, referto. inſcriptio autem tituluſq; marmoreus eiuſce is eſt Nota de S. Maximo diſcip. S. Iacobi.

Hic iacet B. Martyr Maximus; Qui vixit anni plus minus L. ſub die V. Kalen.

De hoc multi ſcribunt, inter quos Pelagius Ouetenſis, qui inter Diſcipulos S. Iacobi eum cognoſcit. Paſsũ iſthunc vult, Vticæ in Bœtica, cum ſocijs Caſto, & Magno, anno 66. die 4. Septemb. Franciſcus Biuarius Comm. 2. num. VI. Sed de hoc latiùs procedamus.

B. Maximus S. Iacobi Diſcipulus, is ipſe, qui repertus, eſt, Calari.

Qui de S. huius Maximi martyrio ſcribunt, loco & tempore non cohærent. Inſcriptio ſepulchralis, menſem, annum, locumq; non indicat. Cæſar Baronius in Martyrologio, ſub imperio Decij, die 28. Septembris, eius refert martyrium, locum autem non aſſignat. Petrus de Natalibus in lib, XI. cap. vlt. num. 236. *Magnus,* inquit, *Caſtus, & Maximus Martyres, eodem die* (hoc eſt 4. Septemb.) *palmas percipiunt.* Aliud Martyrologium ſub die 4. Septembris, quin prodat locũ, recitat. Vſuardus de ſolis Magno, & Caſto mentionem facit: in Additionibus tamen, Maximus, annotatur. Dexter verò ſic ad Ann. Chr. 66. loquitur. *Nec multo poſt, Vticę in Bętica, Maximus, Diui Iacobi Dicipulus in Hiſpania cum ſocijs Caſto, & Magno patitur.* Verùm enim verò, quia Dextri dexteritas plurimum ſibi ſuiſq; honoris aſſumpſit, totamq; aquam ad molam ſuam conatus attrahere (tanti dixerimus Viri gratia) B. Maximum ipſum iſtum, Sardinię talem ac tantum theſaurum remis veliſque auferre contendens ſuapte pro re, ſolus euadit. Si enim B. hic Maximus, in Hiſpania paſſus eſſet, ex alijs aliquis edixiſſet: nullus dixit; quia Inſularum rebus, vix ad eos peruenire conſuetis, ad celebriorum prouinciarum facinora oculos admouebant. Illis maximè tempeſtatibus, queis Eccleſię Cymbula perſequutionũ turbinibus iactabatur. Hinc tribus in ſcopulis, ſententiæ noſtrę figimus anchoram. Vnus eſt: quòd cum Dexter cuilibet epiſcopatum aſſignet, Maximo nullum. *Ex ijs,* inquit, *Baſylius fuit primus Epiſcopus Cęſarauguſtanus, Pius, Hiſpalenſis;* & cęt. Quare? Quia Maximus nõ in Hiſpania Epiſcopus, ſed in Sardinia pręsbiter fuit. Alius ſcopus eſt; quòd nullus Martyrologiorum Auctor, locum ei martyrij aſſignat: vnde nec aditus, ad credendum, fuiſſe Sardiniam, intercluditur. Tertius tandem eſt, quòd cum in Bæthicana prouincia, multis, ab hinc reuolutis, annis, ſepulchra diſcipulorum S. Iacobi patefacta ſint, B. Maximi nuſquam apparuit: conſule Viros graues, qui hacce de re ſcripſerunt: adeas Gaſparem Eſcolanum, Regis Hiſpaniæ Choroniſtam, in hiſt. Valentiæ, lib. 2. cap. 2. Reſonat exin echo B. Maximum in Bæthica paſſum nequaquam eſſe, miſſum hic facimus Noui Dextri Chronicon à viris egregijs impugnatur Ioãnes Perez Epiſcopus Segorbienſis, & alij, velis & remis Dextrum hunc, phantaſticum eſſe, probare contendunt. Quibus æterno vale dicto, cum Biuario, cęteriſq; auctoritatis oppidò viris, Dextrum hũc amplectimur, & Hieronymo coætaneum credimus.

dimus, & firmamus. Conſule hac de re Eſcolanum lib. 2. cap. 2. pag. 225. Quod autem idem ſit ipſe, qui à Martyrologis Auctoribus celebratur, Maximus, probabile redditur Martyrij temporis computo, Septembris videlicet menſis: Nec obeſt, alium 28. alios verò die 4. Septemb. recitare Martyrium: facilè quippe varietas è codicum diuerſitate, Scriptorum incuria, prӕliue, ſurrepit. Neq; obſtat ab alijs ſub Decio ab alijs verò ſub Nerone paſſum fuiſſe, tradi. Nam & ſimile Panuinum in Chron; Eccleſiaſt. feciſſe legimus; qui B. Iacobi Martyrium anno 1. Tiberij Chriſti autem anno 42. Ambroſius Morales, anno 3. Claudij. Cæſar Baronius anno 2. Claudij cenſent. Plura hoc genus alia poſſemus inſerere, quæ, Scriptorum controuerſia nil obſtante, vera tamen haberi merentur. Standum menti; B. hic Maximus, S. Iacobi Diſcipulus eſt. Fauet non parum Annaliſtæ Baronij ſub die 28. Septembris elogium, illi, quod marmoreus recitat titulus, ſub die V. Kal. tametſi menſis ipſe non exprimatur, non inde repugnat; fractus enim vtraq; lapis ex parte, deſiderandam nobis rei ſubſtantiam, ſua defectione, reliquit: Non verò Dextri elogio videtur abnuere, dum presbyterum recitat, epitahium, vti amſectum, nec denegat, nec fatetur. Hallucinatus eſt Philippus Ferrarius, (tāti viri gratia ſcriptorū more, dixerimus) beatum hunc Maximum tradens Epiſcopum, ait enim ibi 13. Kalen. Auguſti *Calari in Sardinia S. Maximi Epiſcopi & Mar.* protrahenſq; in ſuis annot. *Maximi*, inquit, *Epiſcop. & Mart. ex tab. Eccleſię Calaritanę. Eius corpus nuper inuentum a Franciſco Archiep. Calaritano*. Vnde amabò, Epiſcopus? Titulus nequicquam id exprimit: nec fides vlla ijs qui, Epiſcopum, cum putant, nec Archiepiſco Squi uel, qui ibi pag. 83. *Deue ſe aduertir*, inquit, *aqui la particular prouidencia del Señor, porque en el meſmo dia, que ſe deſcubrio el cuerpo deſte Santo, y ſe Saco de ſu Sepultura, en eſſe meſmo caya el de ſu fieſta, y le ponia el Martirologio Romano*. Parcat tantus paſtor: reijcimus etenim reuerenter: & Baronio ſtamus elogio, eumq; ipſum, quem in Martyrol. Rom. ſub die 28. Septemb. recitat Chorus, noſtrum, & hunc B. Iacobi Diſcipulum, eſſe Maximum arbitramur, & credimus.

Error Ferrarij

Prædicauit Apoſtolus in Synagoga Calaris, Iudæis, inquam, ex quibus aliquos conuertiſſe penes nos certum eſt: ſiquidem illa Spiritus Sancti tuba, clangore diuino, mirum, ſtupendumq; in modum humana præcordia, mentes, & pectora penetrabat. Neſcit tarda molimina Paracletus, erant iam multi tunc temporis in Sardinia, præſertim in metropolitana celebrioriq; Inſulæ ciuitate, fideles, tum Chriſti, cum etiam Apoſtolorū prædicatione conuerſi. Inuenit hoſce Iacobus, inuenitq; Bonifatium diſcursātem, Chriſtum, prædicantem; prædicauit & ipſe; non enim torrentiſſimus Aetna ille quin entheis flāmis erumperet, ſuppreſſus extiterit, dum Spiritus ardor impeteret, æſtuaret interius, vibraret exterius. Hæc eſt mens noſtra, hæc pietas, hæc non læua.

Reuerſus Apoſtolus Hieruſalem ex Hiſpania, presbyterum Maximum Bonifatio Lateronem fortè reliquit, miniſtrumq; in Opus adiecit. Qui poſtea Sacerdotij munus, ſub Nerone, vel Decio, Martyrij gloria cumulauit. Quo ſed loco? Calari; inuentio corporis ſuffragatur. Quo ſed loco? in Bæthica? Potuit illuc ex Sardinia ſe conferre; ibiq; mactari; corpuſq; deinde ceū Potiti; Calarim deportari. Aſt & in Sardinia prope Calarim Vtica eſt, Vta læſè. Hinc perſtandum; quòd ſi in Bæthicana Vtica Hiſpani putant B. Maximum paſſum eſſe, errarunt in Bæthica, æquiuocarunt in Vtica, cum in Sardinia quoq; Vtica ſit: Vtica planè, quę nunc Vta. Vt igitur anni huius res ad exitum perducamus, traditioni generali,

Vtica in Sardinia Vta corruptè

Calaritanæ prouincię obſequentes, aſſerimus, S. Iacobi ſuburbanum templū Calari conſtitutum, ſui aduentus eſſe antiquiſſimum monimentum. Enim verò & in vrbe Ilerda traditio eſt, illac B. ipſum Apoſtolum, Paleſtinam repetentē, tranſegiſſe; ibiq; in vico *lo peu del Romeu* (ideſt peregrini) ab incolis nuncupato diuerſatum. In cuius rei ęternitatem, à Chriſtianis in eius honorem ędicula ſtructa, ab illo ad iſthoc ęuum, traditio perſtat, & viget. Ita ſimiliter antiquiſſimū, vetuſtiſſimum, celeberrimum, priuilegijs inclytis decoratum, Villęnouę, templum, (eò quòd ibi nauim egreſſus fortè ſubſtiterit) in eius honorem à nouis fidelibus fuit extructum: idq; reuerà primū in Sardinia à Chriſtianis templum, ſeu oratorium, ædificatum creditur; credimus, & firmamus. Habebant enim ſuopte de more Iudæi iuxta portum, propter contribules aduētantes, hoſpitium; quos

Ilerda tranſitus B. Iacobi.

Eccleſi S. Iacob. Villęnouæ.

è veſtigio

è veſtigio ad vici ſui conſortium non ad mittebant, quin priùs alienigenarum commercijs, & connauigationibus cõtaminati, per dierum inteſtitium aliquot, expiati, familiari forent conuerſatione dignati.

An.Cb.38. *An.Tyb.22*

Chriſtiani Roma expulſi.

HOc anno, Oroſio, Suetonio, & Euſebio teſtibus, Senatus, populuſq; Romanus omnes Chriſtianos Roma expulsi iuſſit. Accipe verba Euſebij: *Pylato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, vt inter cætera Sacra reciperentur Verùm cum ex conſultu patrum, Chriſtianos eliminari vrbe placuiſſet, Tiberius per edictum accuſatoribus Chriſtianorum, comminatus eſt mortem: ſcribit Tertulianus in Apologetico*. En proculdubio Sardinia Euangelicæ prędicationis copia locupletata. Plures enim, vt optimè ſentit Fara, in Sardiniam exularunt; ibiq; fidei ſemina profuderunt. Hoc eodem anno Tiberius imperator functus eſt vita 17. Kal. Aprilis, relicto Caio Caligula nepote, ex Germanico, Imperij hęrede.

An.Cb.39. *An. Caij. 1.*

PEtrus, Apoſtolorum caput & princeps, Antiochenam hoc anno fundauit Eccleſiam, ſeptemq; annis eam curauit, vt Euſebius Cæſarienſis in ſuo Chron. cum alijs tradunt. Euangelij iam nunc dierum aditus reſeratus erat, & ad Gentilitium tranſierant Apoſtoli. Quam obrem in Inſula noſtra, Chriſti fides fæcundari propagari mirum in modum cæpit.

An. Cb. 41. *An Caij. 3.*

CAlaris, vrbs ciuium Romanorum, Sacramento iam Inſula, Caio parendi, adacta, eius imaginem ſub nomine Iouis Maximi, vt aliæ multæ Romani Orbis celeberrimæ ciuitates, excipit; & in Capitolio collocatam reuerẽter accla mat. ex Euſebio, & alijs. Hunc circiter annum Pontius Pilatus apud Viennam in Gallia, iuxta Adonem in Chron. ſua, ſe tranſuerberans manu, multorum malorum compendium mortis celeritate quęſiuit: in ea ciuitate relegatus interijt. Euſebius hoc ipſomet anno Pilati prodit interitum, ita ſcribens; *Pontius Pilatus in multas incidens calamitates propria ſe manu interfecit. Scribunt Romanorum hiſtorici.* Idipſum Oroſius lib. 7. cap. 5. Hoc anno Matthęus in Iudæa Euangelium primus ſcripſit: ita Euſebius. Erupit in orbem illico ſacer is codex; & cum primis eum Chriſticolæ Calaritani feruenter, atq; reuerẽter excipiunt, vlnis ambabus, totis pręcordijs amplectuntur, obſeruant. Caius hoc anno occiſus eſt. Herodes Paleſtinus, accuſatus à Fratribus, vt ſcribit Dio, lib. 55. in Gallias relegatus, ibi moritur. *Eodem tempore* ait Dio, *Sardinia per aliquot annos nullum Senatorem præfectum ſed milites, & duces equites habuit.*

Pilatus propria ſe manu necat.

An. Cb 43. *An. Claudij. 1.*

INterfecto Caio à ſuis protectoribus in palatio, ſucceſſit in imperio Claudius, Germanicus, Druſi patruus. Hic in Sardiniam, aliaſq; prouincias in fauorem Iudęorum edictum mittit, vt ſuorũ moribus, lege ac ritibus vti poſſent, quibus ob quoſdam tumultus prohibiti fuerant. Tempeſtate iſta ex vrbe Antiochena Chriſtianum nomen erupit. Conuenientes enim illuc Apoſtoli, Luca in Act. teſte, omnes Diſcipulos Chriſti, vno nomine, ideſt Chriſtianos appellari decreuerunt. Acceſſit Sardiniam nomen id Sacrum myſterijs inclytũ, cumulatũ, Apoſtolica auctoritate Sancitum. Fideiq; cultoribus intimatum, in Oratorio ſolemniter promulgatur, prædicatur, legitur, obſeruatur.

Chriſ. Diſcipulos Chriſtiani vocantur.

An. Cb. 44. *An. Claudij. 2.*

HOc anno Symbolum fidei ab Apoſtolis confectum, Sardiniæ, Chriſti fideles, velut & cęteri, recepiſſe videntur; Symbolum inquam Chriſtianitatis eſt teſſera: norma, Regula, forma, fundamẽtum, totiuſq; Eccleſię ſtructuræ baſis, & fulcrum. Hoc eomet anno diuiſio prouinciarum facta eſt; & hęc non abſq; Spiritus Sancti inſtinctu: Eodem hoc ipſo Petrum Apoſtolum, Romanam vrbem aduenitſſe communis omnium ſententia eſt. Simon Magus Samaritanus, longiſſimum iter mari terraq; inſtituens, ab oriente ad Occidentem vſq; tempeſtate hac euagatus, multas prouincias peragrauit, multoſq; præſtigijs ſuis nefarijs in ſtuporem admirationemq; traduxit. Adeò vt Romæ ſtatua cum inſcriptione SIMONI

NI DEO SANCTO, donatus, quaſi Deus glorificatus euaderet: donec à Petro profligatus extinctus. Sardiniam, diabolicum monſtrũ hoc, penetraſſe, quorundam è dictis elicitur. Saltem adoraſſe Deumq; Sardos cum coluiſſe; Iuſtini Philoſophi, in Apolog. pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, verba innuunt. Eiuſce verò ſtatuam Calari, vrbe ciuium Romanorum, (ad Romæ, ſui capitis inſtar, & fortè ex S. C. iuſſu) erectam, credibile eſt, & veriſimile.

Sardinia, hoc anno, iuxta Dionis Caſſij, lib. 60 ſuæ hiſtoriæ, rationem, vnà cum vniuerſo terrarum ambitu, à propheta Agabo, vt extat in Actis Apoſtolicis, prænuntiata, vexata eſt fame. Hanc Euſebius, & Oroſius 4. Claudiani imperij anno perhibent contigiſſe.

An. Ch. 45. Petri An. 1. Claudij. An. 3.

PEtrus, Apoſtolus Ieſu Chriſti, eiuſq; Vicarius, hoc anno Romæ ſedens, ad Chriſtianos Sardiniæ, velut, & cæteros alibi conſtitutos, epiſtolam illam, cũ titulo, & inſcriptione, *Electis aduenis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ Aſiæ, & Bithyniæ*, ſcripſit: quòd autem diſperſionis huiuſce Sardi, Sardinienſeſq; nuperrimi Chriſti fideles, quoq; pars fuerint, ex nonnullorum, Baronij præſertim, An. 45. pag. 249. lit. B. verbis elicitur.

Petr. ad Sardos ſcripſit.

Tempeſtate hac Euangelium Marci, Romæ editum, & à Petro inibi prædicatum, Athanaſius tradit, refer Baronius; Iſthac pariter Euangelium ipſum ad Sardos Sardinienſeſq; peruenit; lectumq; & & prædicatum creditur.

An. Ch. 46. Petri An. 2. Claud. An. 4.

STabilita iam Sede Romana, Petrus, cui vniuerſi Chriſtiani grecis commiſſa eſt cura, ad Occidentalis orbis parteis admouens oculos, vt apud omnes Euangelij prædicatio illuceſceret, diſcipulos quos habebat, in diuerſas prouincias, anno iſto, à Baronio creditur amãdaſſe. Verùm ab eo nobis diſcedere operæpretium ducimus; quandoquidem nõ miſiſſe, ſed perſonaliter adijſſe, traditione, multorumq; auctoritate probatur, & creditur: nimirum Hiſpanias, Africã, interſtiteſq; inſulas viſitaſſe, prædicaſſe, eccleſias fundaſſe, Epiſcopos ordinaſſe. Controuerſia de anno diuerſorũ eſt aliqua: nonnulli enim quinquageſimo, ſexageſimo plures adſtruunt. Vero tamẽ ſimilius arbitramur hoc anno Idq; multorum, præſertim Euſebij Panfilij, lib. 2. cap. 3. ex verbis elicimus. Aſſerit ſiquidem, Apoſtolorum omnium Principẽ Petrum, ruptis alioquin moris, cunctiſq; poſtpoſitis interſtitijs, Eccleſiaſten agentẽ, vniuerſũ orbẽ peragraſſe. *Ita quidem certè cœleſti, Diuina virtute, & præſidio repentè, nulla ferè mora interpoſita totum orbem ſuo ſplendore colluſtrauit*. Totum orbem, Aſiæ portionem, Iudæam, Africam, Italiam, Hiſpanias, inſulaſq; Petro adſcribimus: ne à tantis, qui ſic tenent, & ſentiunt, diſcedere præſumamus.

De Petri Apoſtoli in Hiſpanias aduentu.

DIſceſſit Petrus Roma in Occidentalis orbis partes, Hiſpaniamq; penetrans, inibi Sanctum Chriſti Euangelium propagauit, miracula factitans, Eccleſias erigens, Epiſcopos ordinans, imagines deniq; Saluatoris, Chriſti colarum inferens templis. Probemus aduentum, attuliſſeq; imagines oſtendemus.

Petr. in Hiſp.

Petri Apoſtoli in Hiſpaniam aduentus.

TEſtatur in Hiſpaniam Petri aduentum Simeon Metaphraſtes in relatione de peregrinationibus Petri, & Pauli Apoſtolorum ijs verbis. *Cum autem non diu manſiſſet apud Romanos, & Sancto baptiſmo multos regeneraſſet, & Eccleſiam conſtituiſſet, & Linum Epiſcopum ordinaſſet, venit Tarraconam; in qua Epaphroditum cum ordinaſſet Epiſcopum, deuenit Carthaginem, ciuitatem Africæ; in qua cum Creſcentem ordinaſſet Epiſcopum, venit Aegyptum*. Habet Laurentius Surius tom. 3. & Petrus Galeſinius in annot. Martyrol. die 21. Ian. Scribunt alij Auctores veteres, & moderni. Aſſerunt Lipomanus, Onuphrius Panuinus in Chron. Eccleſ. Haræus, & Lipelous in vita S. Petri. Hiſpani quoq; multi. Flauius Lucius Dexter in ſuis Annalibus, ad annum 50. Biuarius commentator ipſius; Ambroſius Morales lib. 9. cap. 14. Pineda 2. par. Monarch. cap. 28. § 4. Marieta, de Sanctis Hiſpaniæ, par. 1. lib. 1. cap. 13. Alphonſus Ciacon de Summis Pont. ibi in Petro: Romanus lib. 1. Reip. Chriſt cap. 3 Puiades in hiſt. Cathaloniæ, lib. 4. cap. 9.

Petri Apoſtoli in Sardiniam aduentus.

ADueniſſe Apoſtolorum principem,
Sardiniam inſulam immemorabi-
lis, & antiqua traditio eſt; appuliſſe verò
Scapha Calar. litt. Calarim iuxta Scapham, credibile mul-
tis habetur; in cuius rei perpetuum atq;
ſtabile monumentum, templum quod
ibi hactenus extat; cōſtructum fuiſſe ne-
mo non dubitat. Accedit huc robur, ec-
ī prouin. Calaritana multæ eccle S. Petri. cleſiarum copia, quam in prouincia Ca-
laritana, ad numerum 150. propè aduer-
timus. Petri Apoſtoli nomini dicatarū
ex iiſq; per maritimas eius oras peruisū-
tur immodicæ. Nec deſpicabile quidē
illud, quod hucuſq; ſuperſtat ædificium
peruetuſtum, apud S. Petrum de Paradi-
Fōs S. Petri de Paradiſ. morbo curat. ſo, habendum cenſeas; cuius fons, qui te-
ſtudineo tegumento opertus, incluſuſq;
eſt; ſanatiua virtute præditus, *Saqua dis
dotus*, vulgò dictus eſt; ibi forſitan Apo-
ſtolus Petrus miracula edidit, ibique ſacro
gentes illius loci baptiſmate regenera-
uit. Magnæ ſiquidem famæ celebritate
fons iſthic à ſæculo ſtrepuit; mirabiles in-
ſigneſq; fontis eiuſce operationes viſæ
ſunt: tametſi ætate hac noſtra, incolarum
incuria pietatis, deuotioniſq; erga ipſum
tepore abiectus propè, deſertuſq; ſit.
Corroboratur Petri in Sardiniam aduē-
tus, denominatione, quin & antiquiſſi-
ma traditione ad nos deducta, Hierar-
chon inſulæ, Sancti Petri nuncupatæ.
Adiacet, vt dictum eſt ſæpius, Sardiniæ
Apo. Petr. in inſul. S. Petri. tellus iſthæc circumflua Occidentē ver-
ſùs, inter Calaritanam, & Arborenſem
vrbes. Huc procul dubiò, egreſſus Sar-
diniam, Petrus appulit, ſubſtitit, prædi-
cauit. Quippe tunc ibi quoq; accolæ, in-
ſtitores, & nautæ. Satis ſuperq; firmam
rem facit traditio immemorabilis, & an-
tiqua alioq; quàm ſuopte, non indiget
fulcro. Teſtatam hanc, peres, qui de re-
bus Sardiniæ ſcripſerunt, Auctores ha-
bes.

Verùm enim verò, traditionis anti-
quiſſimæ ſtante, vel potius ipſa non ſtā-
te, fidei maximę in re hiſtorica viri decem
Petri Apoſtoli in patriam noſtram de tā-
ta, taliq; preſentia ſatis emeritam, appul-
ſum; prędicationemq; teſtantur, & aſſe-
Petr. Apo. in Sardin. runt. Eſt in primis Franciſcus Samarinus
in Theſauro Sacerdotum, part. 4. ibi dū
agit de nominibus. 70. diſcip. Accedit
exin Petrus Scubertus in tract. de cultu
Vineę Domini. par. 4. cap. 3. Subinde
Mainerius, Martinuſq; Carrillo docto-
res ampliſſimi, & in hiſtorica fide ſummi.
Hi omnes exteri quidem, omniq; exce-
ptione primores. Adſtipulantur id ipsū,
ſeſeque ſubſcribunt auctoritatis eximiæ
plures, ex hiſq; noſtratium non nemo.
Reuerendiſſimus Dominus, D. Ioannes
Franciſcus Fara Epiſcopus Boſanenſis
lib. 1. fol. 70. Doctor Theologus, Prædi-
cator egregius pater Antiochus Brundo,
Mercenarius, in hiſt. Lonaitę, & in Apo-
cal. Reuerendiſſimus Dominus D. Ga-
uinus Manca Archiepiſcopus Turrita-
nus, in Relat. ad Paulum V. Pont. Max.
Eruditiſſimus Pater Iacobus Pinro in il-
lo aureo de Chriſto Crucifixo tractatu
lib. 3. tit. 4. loc. 12. fol. 438. Doctiſſimus
Pater Seraphinus Squirro Minorita Ca-
puccinus, concionator inſignis, in San-
ctuario Calaritano, lib. 2. cap. 30. Acce-
dit huc demum, qui doctrinæ vitæq; ſua-
rum auctoritate, rei huiuſce robur emu-
nit; Reuerendiſſimus Dominus, D. Frā-
ciſcus de Squiuel, Cantaber Victorien-
ſis, Archiepiſcopus Calaritanus in Re-
lat. ad Paulum. V. Pont. Opt. Max. Ha-
bes iam decem teſtes: ſatis.

Deducitur inſuper, multorum elogiis,
iſthæc res. Euſebius Panfilius lib. xx. cap.
3. & cap. 13. ſuæ hiſt. valde innuit: quin
& annuit. Petrus Galeſinus in Annot.
Martyrol. ſub die xxii Ianuarii ferme aſ-
ſerit; verbis iſtis: *Petrus Apoſtolorum
Prin. eps peragratis cæteris Occidentis Pro-
uinciis Hiſpaniam item fidei prædicationi-
bus illuſtrauit*. Nonne, vt ſupra, oſtēn-
ſum, probatumq; habes, Sardinia S. P. Q.
R. prouincia prima? Credendum à lys
cæteris Occidentis prouinciis, prouinciam
primam excluſam? Sed & Nicephorus
aduecte teſtimonium Nicephori Caliſti. Caliſto in hiſt. lib. 2. capit. 35. non mo-
dò innuit, verùm, & adſtruit. *Siculo-
rum*, inquit, *Eccleſię Pancratium aliiſq;
regionibus, inſulis, & vrbibus Epiſcopos alios
qui ab eo ſacram Chriſti diſciplinam acce-
piſſent, prępoſuit*. Habes illic *aliiſq; regioni-
bus, inſulis*, internum. Habes & ibi, *Sicu-
lorum Eccleſię Pancratium*. Dicēs etenim
totum, nihil excludit, dicit, *inſulis*; Sar-
diniam, mediterranei maris principem,
inſulam non excludit. Siculi, quādoq;
Sardi; tum quia Siculorum colonia in
Sardinia periluſtris: cum quia & Sicilia
quoq; Sardinia nuncupata. *A Littore
Corſico, traiectu maris nouem millium paſ-
ſuum, long in meridiem, Sardinia porrigi-
tur, altera dicta Sicilia*. Hæc Andræas
Bacci Elpidianus de Thermis, lib. 4. Ha-
bemus etiam Pancratium Calari (Petri
forte, ipſum, diſcipulum) eiuſq; anti-

quiſſimum

quiſſimum templum populi ſumma cõlitur pietate.

Petri Apoſtoli Calarim, primariam Sardiniæ vrbem, appulſus.

PRofectus itaq; Roma Petrus, curſu è indirecto Calarim, primatialem Sardiniæ ciuitatem, primò appulit; ibiq; euangelium prędicauit, Bonifacium Epiſcopum confirmauit, publicam erexit eccleſiam, fidemq; incremento mirifico inibi cumulauit. Probabilem facit hanc rem ratio multiplex: ſolida fulciunt fundamenta. Apoſtolorum conſuetudo, præminentia locorum, fructus vbertas, Canonica ratio, exemplaris affectio. Pergat Apoſtolica conſuetudo. Priores enim, ardentioresq; Ætius, & impetus ad prouinciarum capita dirigebant; vbi robur hoſtileq; fortalitium peruigebat, illuc ę veſtigio contendebant. Hoc illis moris; idq; numine impellente conſuetudinis obſeruabant. Sic Ieroſolymam, ſacerdotalem & Regiam ciuitatem, iuſſu domini, prius aggreſſi, cum nuperrimę potentię ſpiritus vehementia expugnare conantur, eam igneis acerrimè bombis concutiunt. Sic prętereà Petrus Antiochiam, Romam, Tarraconam, Carthaginemq; iuxta Metaphraſtem & alios, ſalutiferi vitaliſq; verbi miſſilibus impetit. Ita Similiter Iacobus Cęſarauguſtam: Paulus, alijq; Apoſtoli celebriores; metropoleſq; vrbes, poſthabitis quidem inferioribus, inuaſere. Caloris autem Sardinię vrbiũ princeps, à cunctis ferè Scriptoribus, atq; Hiſpanię Regibus proclamatur. Oſtendimus obiter, iſthic etiam fas. Pomponius Mela de ſitu orbis lib. 2 cap. 5 Cornelius de Iudęis in tab. Europę, cap de Sardin. Hieronymus Zurita in ſuis Annal. Zacharias Lilius in Breu. orbis Epiſcopus Mantuanus Gonzaga in Chron. Marius Niger comm. 8. Geogr. Abramus Ortelius lib. 2. de ſitu orbis. Sebaſtianus Munſterus in Coſmogr. expurgata, cap. de Regno Sard. Petrus Galeſinus in Annot. ad hiſt. Sulpitij Seueri. Adrianus in Theatro ciuitatum orbis. Plinius lib. 3. hiſt. naturalis. Aubertus Mireus de notitia Epiſcopatuũ orbis. Ioannes Cabilonenſis in Geogr. cap. de Sardin. Mombritius in Vita S. Saturnini. Lucius Florus in Epithome rerum Romanorũ. Paulus Oroſius lib. 7. cap. 4. & 6. Onuphrius Panuinus de vitis Pont. Philippus Bergomenſis in Supplem. Chron. Cęſar Baronius tomo 8. Rex Aragonię Petrus in priuil. dat. Cęſaraug. die. 30 Nouem. Pius 4. in quodam priuil. dat. Romę 9. men. Octob. 1565 Ferdinandus Rex Caſtellę in priuil. dat. Valentię. 4. Nouemb 1427. Calixtus. 3. in liter. Dat. Romę. 11. Calen. Febr. Pont. anno. 1. Rex Alphonſus in priuil. dat. Barchinonię 21. men. Octob. 1318. innumeriq; propè alij Calarim cęteris inſulę vrbibus, magnificis egregiiſq; titulis condecoratam præferunt, inſigniorem q; ac digniorum prędicant, celebrant & commendant.

Cōſuetudo Apoſtolorũ in prędicatione Euang.

Calaris dignior Sardi. ciuit. atq; præſtantior.

Preminẽtia Calaritanę ciuitatis Apoſtolicę prędicationis primitias exigebat. Ea ſiquidem nõ modo Chriſticolarum, verum, & Ethnicorum quoq; temporibus, præeminentiam & primatum habuit. Cęterarum; vt in ſuperioribus tactum eſt: omniaq; Inſulę grauiora Calarim, (vt optimè fideliterq; Arca in vita S. Antiochi tradidit) referebantur in vrbem. Hic literarum gymnaſia, templa, lycęa, magiſtratus, & Curiam, ſolaus inſtituit; hic Regalis inde poteſtas pedem fixit, & vſq; ad Gratię [illegible], glorioſa perſeuerantia floruit, atq; viguit. Romanorum ętatibus, vti Regiam vrbem ciuium Romanorum, & hanc Archidamines Ethnicorum, horumq; iuris prudenti; clariores, viri colebant. Idq; planè firmiſſimum, veriſſimumq; eſt; iſthic enim Capitolium erat, iſthic profectò deorum Pantheon, eorumq; litatus & cultus ſummitas, vertex. De Capitolio patuit; de Pantheone apud eximium virum Serpi, in vita. S. Saturnini videre iuuet. Prima, quam Roma, in Sardinia debellauit, Calaris extitit: habes iam retro, in prima parte huius operis, exploratum; *quod patet expreſſè nõ eſt monſtrare neceſſe.*

Preminẽtia.

Fructus vbertas, priores feruentioreſq; Apoſtolorum requirebat aggreſſus; Caſtellari reſidebat Synagoga, omnium Inſulę matrix; imò, vt ex epiſt. Gregorij dilucidè laſcit, alia nulla erat: quę ſi erat exilis. Quò nam iuſſi remittere ſunt Apoſtoli, niſi illuc, vbi piſcium copia ſubnatabat? Adeas Ioan. cap. XXI. Vnde Euangelicã declamationem, niſi à Hieroſolymis incipi, imperatum? Teſtis eſt Lucas, cap. vlt. Vbi vis hoſtis, vbi robur & neruus, ibi conandum.

Fruc. vbertas.

Canonica ratio verum ſuadet; quippe quę multis innuit, quin & exprimit, locis in illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos, Archiflamines erant, primoreſq;

Can. ratio.

reſq; Iuriſtę, epiſcoporum Primates inſtitui ſanctiens Videas Can. *in illis*; 30. diſt. cap. 1. &. 2. de Conſecr. diſt. 8. vbi, primatiales dignitates in illis, quę prouiciarum caput erant, ciuitatibus, Petrum inſtituiſſe, traditur. Venit Apoſtolorum princeps Calarim, & in ea Primatem ordinauit, & conſtituit Bonifatium Chriſti diſcipulum. Hinc prodijt Eccleſię Calaritanę à tot. Pontificibus confirmatus, Regibus, acclamatus, Scriptoribus celebratus hucuſq; Primatus. Hinc & illud ciuſce Eccleſię, pariterq; prouincię decus exortum, vt PATRIMONIVM SANCTI PETRI, meritiſſimo, iure vocetur, & fuerit, animaduerte ibi, *extra de preſcriptionibus*, cap. *ſi diligenti*; verbo, *tota Sardinia*, vbi Pontifex Iudicatum Calaritanum, ad patrimonium Sancti Petri pertinere, declarat. Ibi Archiepiſcopum Piſanum Pontifex arguit, reprehenditq;, quòd ſibi à Iudice Calaritano iurari fecerat fidelitatem, cum Iudicatus is ipſe Sancti Petri ditio, iuſq; ac patrimonium eſſet. Neq; obſtat, ſimul & Sardiniam totam ad ipſum id patrimonium ſpectare, ibiq; exprimi: prius enī prouincia ipſa Calaritana, deinde inquam deriuatiuè participatiuèq; inſula tota pertinuit ad patrimonium S. Petri. Conteſtis eſt Gloſſa Textui, verbis iſtis. *nota argumentū, quod eodem priuilegio continetur caput, & membra*. Caput vocat Calaritanam prouinciam, cuius ad ſpecimen atq; morem, membra cętera, nempe vrbes, omniſq; Sardinię inſula, ad Sancti Petri ditionem iuſq; redigitur. Diſertiſſimè in ſuo, *Breue diſcurſo*, doctor Ioannes Carnicer, fol. 27. Hiſpanica lingua, rem inculcans, ait; *Conestas autoridades, y teſtimonios tan graues, antiguos y modernos, contexta el texto del Capitulo, ſi diligenti, extra de preſcriptionibus iuncto con la Gloſſa, in verbo tota Sardinia, donde el Pontifice declara que el Iuzgado Calaritano, pertenece al patrimonio de San Pedro, con toda la iſla de Sardenna, y reprehende al Arcobiſpo de Piſa porque ſe hauia hecho Iurar fidelidad del Iuez Calaritano; dize alli la gloſſa: nota argumentum, quod eodem priuilegio continentur caput, & membra, y ſuppueſto que, tota Sardinia, no podia Ser, Caput, porque la cabeça, es vna parte, del todo Se infiere Segun la dicha Gloſſa, que el Iuzgado de Caller era la Cabeça, de toda la iſla. como ſi dixera; el priuilegio que tiene toda la iſla ha de tener ſu Cabeça, que es el Iuzgado de Caller: y ſi el dicho Iuzgado lo es, mucho mas lo ha de ſer la ciudad, que es cabeça, del dicho Iuzgado, por la regla, propter quod vnum quodq; tale, & illud magis*. Hinc eſt, quòd Iudex Calaritanus, Princeps omnium iudicum Sardinię, dicebatur Teſtatur. Baronius tomo ij, fol. 30. in hunc modum: *ipſi verò Conſtantino literas credidit ad Iudices, qui tunc Sardinię Inſulę dominabantur; monens eos Sanctam Romanam Eccleſiam, Matrem, recognoſcerent. Ad quos poſtea legatum miſit, Epiſcopum Populonienſem, cui literas dedit ad Orzocum Calaritanum, Iudicum Principem*. Diuus Gregorius in ſuis literis, Orzocum hunc Iudicem memoraſſe reperitur, dum ait. *Gregorius Epiſc. Seruus Seruorum dei, glorioſo Iudici Calaritano Orzocco ſalutem, & Apoſt. benedictionem*.

Cala. & ob eam Sardi. tota patrimo. S. Petri.

Orzocus Iudex calar. princ. Sardi. Iudicum.

Exemplaris affectio Petrum, Calaris traxit in vrbem; tum ob Diſperſionis, ad quos epiſtolas ante iam dederat, ibi exiſtentem multitudinem Fideliſſimi: tum ob Chriſti diſcipulum, Sardum (Calaritanum fortaſſe) Bonifatium iſthic igneis almi verbi iaculis fulminātem, erectaſq; libertinorum criſtas à vertice deprimentem: tum ob illic Tyrannorum frementium collymphantes, arduoq; tui hinc iactitantes in teneram atq; infantulam adhuc Fidem procellas, cum nec nō impellente numine, cor, entheumq; animū ad manipulos excitēte, Apoſtolorū moderator, & Summas, Petrus, Calaritanā vrbē ſua conſecrare pręſentia maturauit.

Accedit huc trames inauius; à Terracina profectio, Turres obliqua directio, idq; traditio, idq; vetuſtas; ſtatus exigit ratio, vt membrorum hilaritas à capite defluat. Quàm auidè, quamq; pauidè Iacobus Pinto propugnat? Turribus infert Petrum; iſthuc è veſtigio; ſed percautè, teſtudinis more nunc exerit, modò caput abſcondit. Tantę ſapientię, talis eruditionis vir, patrię ſuę vetus indigena pro eius honore mirificè certat, et ſtrenue. Aſt in ijſdem nequicquam penitus incuſamus; cum gloria ſit, & ſuos, & patriam tollere, aſtris terminare quod amas. *Etenī*, ait Pinto, *preſequutione primum in Iudęos, tum in Chriſtianos, tanquam cognatę Religionis homines, ſęuiente, pleriq; Roma in vicinas inſulas, Sardiniam, & Corſicam, fugientes, Turres primum vicinas, fidei ſplendore, pręclaroq; teſtimonio illuſtrarunt*. Hucuſq; ſe exerit; hinc ſe condit: *In his*, inquiens, *Petrus Apoſtolus Apoſtolorum princeps, & vniuerſalis Chriſtiani gregis paſtor, Occidentem totum, iuxta Nicephorū,*

aliosq;

aliosq; peruagatus, & Eccleſias vbiq; conſtituens, Sardiniam, Romæ ſanè vicinam, & primam Romani populi prouinciam, appulit; Chriſtiana fide imbuit, erexit Eccleſiam, ſuumq; ei præfecit Epiſcopum: quando, vt eſt apud eundem Nicephorum, Siculorum Eccleſiæ Pancratium, alijſq; regionibus, inſulis (in quibus Sardinia, Sicilia ſocia) & vrbibus Epiſcopos alios, qui ab eo Sacram Chriſti diſciplinam accepiſſent, præpoſuit. Ita Pinto: quidnam rei? *Turres primùm vicinas.* Roma Turriũ gyrus ad vrbem. Vicinior Romæ Calaris, rectior eſt nauigatione: pluries, atq; ſæpius illud mare ſinumq; demenſi, callemus, & ſcimus. Liguriæ, Gallię Narbonenſi Thuſciæq; vicinior Turres, imò directior: Romæ autem Calaritanum. iudicent, referant nautæ. *Sardiniam Romæ ſanè vicinam, & primã Romani populi prouinciam appulit.* Sacro ſancta nobis res eſt: ambabus eam vlnis amplectimur. *Erexit Eccleſiã;* Primatialem? Calaritanam quidem. De iſthac Pinto agit: Siquidem ſi de tota Sardinia ſermo eſt, non vnam, planè, ſed plures erexit Eccleſias. *Suumq; ei præfecit Epiſcopum.* Optimè, ſi primatem intelligas; ſin autem, non Suum, ſed ſuos præfecit Epiſcopos, Bonifatium ſcilicet, & hunc Primatem; diſcipulum nempe Chriſti; nõ enim ex ſuis merè alumnis, alium Petrus primaria dignitate donaſſe credendus, poſt habito Chriſti Diſcipulo Bonifatio. Clementem præterea Romanum, Chriſti, Petriq; diſcipulum, de quo inferiùs: Pancratium forſan, cuius rei teſtis eſt illa, tam culta quàm celebris eius ædes Calaritani montis in vertice ſita. Quẽ ſi epiſcopum noluerit aduerſator, collegam in miniſteriũ ſacri verbi, Bonifatio creditum, non diſcredat. Porrò, quem in ſua relatione, Franc. Squiuellus Archiep. Calaritanus arbitratus eſt Marcum, reijcimus. Non enim Sardinienſi Marcus hic, ſed exteræ datus Eccleſiæ. Corpus verò eius, cum illis B.B. Auguſtini, Apiani, & Robuſtiani, ex Stephani Beneuentani, & Iacobi Galli teſtimonio, Ticinum Calari tranſlatum, aliunde in Sardiniam vectum, Calariq; ſeruatum fuiſſe credimus, & firmamus; forſan ex Africa, ſiue Aegypto, Alexandrina ex vrbe, cui, Nicephoro lib. 2. cap. 35. hiſtoriæ, teſte, Epiſcopum Apoſtolus dedit. Quicquid id eſt, Pancratij templum, vetuſtatis ampliſſimæ monimentum, conſpicuæ celebritatis Religione deuotũ, noſtræ mirum in modum fidem pietatis adauget: vt pium ſit pio, Pancratium qualemcunq;, Apoſtolici ſodalitij non expertem, Calari prædicaſſe, Calari quieuiſſe, conijcere.

Petri Apoſtoli, in Sardinienſium Eccleſiarum erectione, geſta nonnulla.

IN tremus opacum; & caligantem, illuni propè, formidine lucum; Sanctorum, inquam, antelucana noſtratium Fidei Patrum veritatis oracula, pietatis elogia Salutanda. Apoſtolorum Petrum ſalutis æternę dogmatibus imbuiſſe, Epiſcopos ordinaſſe, meridianum claret vt iubar, Scriptorum eloquia, quin, & eorum quoq; dignitatem penſantibus, eniteſcit. Vbi ſed prima veſtigia fixerit, cuiue nam primum Epiſcopum dederit, quot, & quales, queiſnam populis, vrbibuſue, animorum, ac mentium ægrè poſſunt Sancire diſſidia. Aſt id, *ægrè*, effoſſum Calari Bonifatij corpus, Pancratij templũ, à Salutis exordijs illic exſtructum, Clementis elogia præſulatus, aliaq; fidei Suffragantia monimenta, Virorum Sapientiſſimorum, hiſtorica in re Summorum, arbitratus, opinio, prorſus eneruant. Quod verò inter alia memoranda de geſtis occurrit, illud eſt, quod retro iam dudum polliciti Sumus edicere; imagines, inquam Apoſtolorum principem aduexiſſe. Flauius Lucius Dexter ad Ann. Chr. 50. pa. 100. *Petrus*, ait, *vt Chriſti Vicarius Hiſpanias adijt, imagines antiochia delatas affert.* Et quidẽ prius Sardiniã attigit; neq; quòd ſolius Hiſpanię arcibus ef- Petr' Apo. imag. in Sardiniã ſecũ detul.

E figies

figies Saluatoris, & Matris, intulerit, fides aliqua ſuffragetur;Sardiniam ditauit ſtẽmatibus Saluatoris, & Matris: Extant hucuſq; prodigijs inclytæ, in Sardinia, partim ſculptiles,partim verò pictiles, imagines multę. Tres Crucifixi Icones, miraculorum celebritate conſpicuæ. Prima Arborenſis, in Conuentu Fratrum Minorum Conuẽtualium. Secunda Galtellinenſis,quę ſtupores mirificentiſſimos patrat. Vidimus emarcuimus, atq; deliquiũ pro pè paſſi, vultum illum, & tantæ maieſtatis, & mœroris effigiem, cernui reuerentes, viuam repræſentatæ rei, iam iã præſentiã conſequuti,icone detecta ſummum litauimus ſacrum. Peruenit ad manus haſce de eiuſdem ſignis prodigijſq; libellulus quæ quidẽ pietatis eximię fundamentis extructa, cor ſyncerum exhilarant atq; firmant. Tertia eſt Calarinenſis,in Eccleſia Cathedrali Sancti Iacobi de Villanoua, quæ vllis itidem nitet ſignis. Extat ſimulachrum aliud venerandum in oppidulo noſtro Marenſi, in ſacello parochiali, S. Mariæ, ſatis ſuperque vetuſtum; quo extracto,ſiccitatis tempore viſum eſt ſæpe pluiſſe; hiſceq; ipſi met oculis vidimus. Crucifixum Arborenſem à Nicodemo perhibent multi Scriptores exculptum; quorum elogium antiqua traditio roborat, & confirmat. *In queſta Città di Arborea è vn'antichiſſima Imagine d'vn Crocifiſſo, in molta veneratione di quel popolo: il quale tiene che queſta figura ſia di mano di Nicodemo:* Fatus id Thomas Porcacchi Caſtilionenſis in inſulario, fol.47. Sebaſtianus Munſterus in ſua Coſmographia, quã in Conuentu Seruorum Piſis, habuis expurgatam, *eſt*, inquit. *in hac vrbe, magna Crucifixi figura aliquantulum vetuſta;quã ferunt: factam à Nicodemo; atque ob id in magna eſt populi ueneratione.* Idipſum ſcribit Sigiſmundus Aſquer, in deſcriptione Sardinię inſulæ,alijq;perplures haud obſcuræ auctoritatis Heroes. Omittimus hìc Deiparę Virginis effigies venerandas, quæ ſignis vberrimis in illa inſula, tantæ molis,exundant,prodigiorum mirificentijs, cum eximia Dei gloria, percrebreſcunt. Harum omnium facilè princeps, & antesignana habetur. Iconum veneranda celeberrimi montis Bonaeris, effigies mirandorum. Vecta illæc per mare diuinitus, appulit Calarim, vbi ſtupores factitans, in maximã veneratione à Sardinia tota prę cunctis habetur. Extat inſuper alia Saſſari in Eccleſia Fratrum Minorũ de Obſeruantia, prodigijs inclyta, cultus magni, ſub titulo Sancta Maria de gratia, quam ſæculis amplis humatam, B. Bernardinus à Feltro in concione detexit.

Imag. miraculis clarę in Sardi. plures.

Prædicauit igitur in Sardinia Petrus, Calaritanumq; Iudaiſmum fulmine diuini ſermonis impetijt. Boniſatium Archiepiſcopũ confirmauit, Maximũq; presbyterum illi ad ſacrorum miniſteria coniugauit: Clementẽ verò Romanum, quinquageſimum ſecundum Chriſti Diſcipulum, vt Frãciſcus Samarinus in Cathalogo LXXVI. Diſcipulorum tradit; & iuxta Hieronymum de ſcript. Eccleſ. tom. 1. Romani Pōtificis primum Diſcipulum, & Epiſcopũ Sardiniæ quoq; dedit. Huiuſmodi rei probabilem veritatem e multis excerpimus.

Clemens iſthic, Romanus, Chriſti Diſcipulus,Petriq;alumnus,& comes, Pontifex inde, Cleto ſucceſſor, Fauſti Romani, Cęſarem genere attingentis, & Mattidiæ nobiliſſimæ Romanę Heroinæ filius, Nicetæ, & Aquilæ frater, à Petro Apoſtolo ſalutari lauacro expiatus, poſt eius varias diuerſaſq; peregrinationes, in Ancarados, inſulam cum eodem Apoſtolo, fratribuſq; deueniens,ibi Mattidiam,ærumnose degentem matrẽ, reperit. Quippe quæ Roma Athenas liberorum ſuorum,iuxta Nicephorum, doctrinæ gratia, vnà cum illis nauigans, naufragium paſſa fuerit: quum illi quidem alius alio, diuina prouidentia, incolumes euaſere; ipſa verò in inſulam ipſam electa, in ſeruitute victitauit. Hanc diuus Petrus

ibi

ibi inuentam, diuino regenerauit ab-luuio, Clementi dulciſſimam reddidit agnitam matrem. Abdias Babylonicus lib. 1. hiſt. Apoſtolorum, Ancarados vocat inſulam, in qua Clementis geni-trix, Mattidia, à Petro reperta eſt: procul dubio ipſa Ancarados eſt Sardinia: Babylonico vtiquippe homini à nomine Carados vrbis æquiuocata euaſit Abdię. Calaris enim, vt in ſuperioribus, habes, à Ptolomæo & alijs, Carados, appellatur; vnde Ancarados Abdiæ; & quidem optimè: ſiquidem aliæ multæ inſulæ, à decumanę celebrioriſq; ciuitatis, nomen aſcirunt. Ex ijs Maioricæ, ab inſigniori vrbe Maiorica, priſcis, Palma: ex ijs Melitana inſula à ſua, Melita, vrbe: Featia, ſiue Corcyra, ab eiuſce nominis ciuitate; Candia, olim Creta, à Candia pręſigni atq; Metropoli ciuitate: alięq; per plures hoc genus.

Ancarados vocatur Sardinia á Carados vrbe; id eſt Iſula Calaris.

Haud hinc mirum Abdiæ, ſe Inſulæ circa nomen, auolui, dum Carados, vrbis Regiæ, antonomaſim contemplatus, eiuſce gratiæ conſecrat Inſulã, eiq; totam arroget appellatu. Superſtant huc vſq; Matthidię, Clementinę matris, elogium, quin & nomen, memorialeq; (in Sardinia tota) tot ſeculorum contra tyrannidem, in ſexu fęmineo pręualentia. Quippe cum nomen Matthię ſit viri, nullibi reperitur in viro; vbique, & ſemper in fęmina. Tangit optimè rei limbũ Iacobus Pinto, ſic fando. *Conijcio haud temerè iſthæc in Sardinia geſta; & præter ea, quæ iã de Petro; & Clemente dicta, fauet coniecturæ nomen Matthidia, ſeu cõtractè Matthia, à Sancta, & nobili matrona iſthìc relictum: & in ſola Turritana prouincia (in qua etiam frequens nomen, vulgò Crementu) fæminis dumtaxat, ne putetur annumerari, undecimi Apoſtoli nomen eſſe, imponi ſolitum.* Videtur hìc Pinto nunquam Turritanę prouincię fines egreſſus, quandoquidem, *in ſola Turritana prouincia*, inquit, *fæminis dumtaxat*, Matthia nomen imponi: & quidem in Calaritana crebreſcit ſemper in fęminis

Matt. nomẽ ĩ Sard. ſolis fęminis ĩponitur.

maximè nomen iſthoc; in viris autem ſemper nunquam. Peragrata ſępiſſimè nobis inſula, Matthia nomen per Calaritanę prouincię, amplitudinem callemus effuſum. Sed neq; dum frequens in eadem Turrena prouincia, Clementis nomen iactitat; ac ſi non alibi in Trexantanis, namq; Montaniſq; populis, Crementu, nomen, vtiq; nil rareſcit. Habet itaq; tota inſula, & Matthidię in fęminis, & Clementis in viris. At non Carados; ſola enim Caralis, apud Ptholomęum, & alios, Carados appellatur; ex qua apud Abdiam, Ancarados, tota inſula.

Nec vllibi quidem S. Clementis effigies peruetuſta niſi Calari reperitur in Baſilica ſcilicet. S. Saturnini; in qua Pontificali habitu prædita, figura conſpicitur, quæ non modò Traditionis auctoritate, verùm & Scriptorũ quoq; teſtimonio comprobatur. Rurſus; nec alibi quàm Calari. S. Clementis ipſius recolitur annua feſtiuitate memoria. Quotannis enim die. 23. Nouembris, Archiepiſcopus cum Clero proceſſionaliter incedit ad eccleſiam. S. Saturnini; ibiq; Maiorum è more Sacrum fit Summum, & cum ſolemnitate concionis & ritus, cantorumq; modulamine, celebratur. Ad cuius feſtiuitatis, atq; proceſſionis celebritatem quotannis agendum, quidam cenſus, & redditus opitulatur, & cogit. Quid inde? Quid? Clementem hunc Romanũ, Chriſti Diſcipulum, atq; Petri, fuiſſe Archiepiſcopum Calaritanum, deducimus, & firmamus. Archiepiſcopum, inquam, electum dumtaxat, vt Bonifatium aliò Petrus ad ſemina vitæ fundenda transferret, Calarim Clemens regeret: reformata ſententia, eò quòd eum ſibi ſucceſſorem Apoſtolus exoptaret, Bonifatio in ſede relicto; Clementem, electum Sardinię Pręſulem, Romam ſecum tulit. Neq; ob id dignitatis electio, vanuit, imò viguit, adeòq; vt electionis ergò, ab Apoſtolo faceſſite, prædicationis & muneris gratia, ore plẽo pręſtãtiſſimi rerũ vertices

Seraph. Squirro in Sãct.

S. Clemens Arch. Calarit.

EPISCOPVM SARDINIAE, Clementem proclamant. Dorotheus Abbas in Synopſi de. 72. Diſcipulis, apud Biblioth. veterum Patrum, tom. 7. Epiſcopum Triaditeę in Sardinia, Clementem hunc aſſerit. Ioannes autem de Ponte Hiſpanus; lib. 2. pag. 239, ire videtur inficias, Romanum Clementem intelligi: Triaditæam autem in Sardinia eſſe non abnuit: reuerà meritò: Siquidem & in Sardinia, Triaditæa, quæ poſtmodùm in Triçam, modò iam vulgo Triei, abijt. Erat Triça municipium inclytum in Sardinia; teſtantur inſignia, ſituſq; veſtigia: traditio firmat.

Obijciet forſan quis, Triçam, ſiue Troeiam à latinis huiuſmodi nomēclatam, Triaditæam autem Gręcis eſſe. Satisfit ijs. Natio locis accultis patria nomina imponere ſolita queuis, voluptuosè in appellationibus locorum, ac fluminum ſe gerebat. Huiuſcemodi morē norimus obſeruatum, in ipſius inſulę nomine; quæ cum Sardinia vocaretur, Ichnuſa, & Sandaliothis Grecis ab ijſdem extitit nuncupata. Ita inſululæ Hierachon, & cæter. Ita flumina, ita oppida. Hinc nil mirum, vt Triaditęam oppidum illud celebre nominarent, patriorum ad inſtar locorū. Sed non ergo, nos hic, Trieæ illius municipij, quōdam celebris, & populoſi, Antiſtitem Clementem fuiſſe volumus opinari, ſed Calaritanæ vrbis ciuium Romanorum, ſeu iam (vt noſtratium aliquorum ſententiam amplectamur) ciuitatis Græcorū, vulgo Igleſias, Epiſcopum credere. Triaditęa ſiquidē, vt penes nos extat in fragmine. M. S. Græcana ipſa ciuitas aliquando vocata eſt. Quorum varietas opinandi, hàc illac noſtram nequicquā rapiunt mentem; dum ſcopulo veritatis aſſertæ, (quòd nimirum Calaritanus Antiſtes electus fuerit Clemens) noſtræ ſentētiæ, cum Squirro, & alijs, anchora ſiſtit. Triaditæa tandem illa, non procul à Forotroiano, Tortoly, ſita, minor: vrbs verò illa Græcana, maior appellatæ traduntur. Quod quidem ſyncerę ſanæq; credendu, vel non, remittimus voluntati: non enim obſtat, Dorothæi elogium, quòd fuerit Clemens Epiſcopus Traditęæ in Sardinia; quandoquidem, ſicut atias alij, Sardicam pro Sardinia accipiendo, fuere decepti ita & ille Traditæam pro Calari, ſiue Aterica, ſic (vt in ſuperioribus extat) etiam nominata, dehinc Trateria, vt ſuo loco tetigimus. Fuiſſe autem æquiuocatos multos, Sardicam cum Sardinia confundentes, clarè oſtenditur, apud multos. Sufficiat pro ijs illhoc. Prothogenes Epiſcopus Sardiniæ, quod idem eſt ac Archiepiſcopus Calaritanus, vt exactè diffuseq, Squirro in Sāctuario probat, à multis Sardicenſis Epiſcopus habitus eſt; hallucinati sūt tamen, in eo quòd Epiſcopum huiuſmodi Sardicenſem in prouincia Dacię putauere: enim verò in prouincia ipſa Dacię nulla eſt Eccleſia Sardicenſis, niſi in Lidia. Sardicenſis autem Epiſcopus non Prothogenes, ſed Artimidorus, vt in tomo 1. Conciliorum legitur, dicebatur. Prothogenes Epiſcopus Sardiniæ æcumenicæ Nicænæ Synodo anno Domini 325. celebratæ An. 325. Arrianæ factionis expugnator, interfuit. Illeſcas in vita Iulij. 2, & Franciſcus Farà, lib. 1. de rebus Sardois, Prothogenē hunc Epiſcopum Sardinienſem aſſeuerantes memorant, alijq; nuperrimi conteſtantur.

Aſſerunt alij auctores, in hiſtoricà re præſtantes, Clementem Epiſcopum Sardiniæ. In his Petrus Subertus epiſcopus. S. Pauli prouinciæ Toloſanæ, in tractatu de cultu vineæ domini, par. 4. cap. 3. Franciſcus Samarinus; & noſter præclariſſimus Scriptor eleganttiſſime, atq; diſertiſſimè, quin & optimè Squirro probat. Sed iam de ijs plenè.

An. Chr. 47. *Petri. an. 3. Claud. an.*4.

CLaudius Sardiniæ rebus incumbens, eas tuetur, & auget, corroborat arceſq;emunit. Iam Romanæ Superbiæ criſtæ decuti. præſentia Veritatis in mundo, rerum omnium heri, Ieſu, Dei filij, & Dei met eius, incæptũ. Iamq; lux illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, radios ſuos vibrare, cæcitatiſq; Gentilicæ perſtringere cęperat oculos. Quum Fides egregia, deifica, ſummi, ſupremi, ac veri Dei, in ęternitate ante ſæcula prędeſtinata, & volita, intra ſinus & fines dulciſſimæ matris noſtræ Sardiniæ, redolebat; ſuæq; virtutis fragrantiam, per florida ſpatia profundebat. Erupit hoc anno, Melitho Sanctus, in Sulcidis vrbem, & inſulam, ibiq; celeſti vernans, atq; affluens prole, miracula, puellulæ Fidei arridentia, perfaceſſit. Melithonem hunc priorem Sulcis Antiſtitem, quædam (qualiſcumq; ſit ipſa) Romana Bibliotheca à doctiſſimo Squirro adducta, citata, vtiq; fideli referta, teſtatur; elogizat, & aſtruit. Abſit, vt Squirro auctoritati maximæ, renitamur. Hos circiter dies imperator Claudius, Libertinos aliquantiſper adauxit, priſtinamq; in gloriam, decuſq; reſtituit. *Latum clauum, quamuis initio affirmaſſet, non lecturum Senatorem, niſi Ciuis Romani abnepotem, etiam Libertini filio tribuit, ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Romano adoptatus eſſet. Ac ſic quoq; reprehenſionem verens, etiam Appium Cæcum cenſorem, generis ſui proauctorem, Libertinorum filios in Senatũ allegiſſe docuit: ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquando Libertinos dictos, nõ ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.* Verba iſthęc Suetonij, cap. 23. Quibus elicitur non niſi ſtipitalia Libertinorum Romę ſuperſtitiſſe germina; truncum verò ramos dilatos, in Sardinia ſubſtitiſſe, rumpoſq; per omnem viuaciter emiſiſſe, in comperto habetur anterius.

Prim° Melitho. Sulcidis Epiſco.

An. Chr. 48. *Petri* 4. *Claud.* 5.

ASſumptio. B. Mariæ Virginis ſuper choros Angelorum, ad cæleſtia regna: eius feliciſſimus obitus a multis huicce aſcribitur anno. Quo, vt ex antiqua Patrum accepimus traditione, vniuerſi Sancti Apoſtoli, qui orbem terrarum ad ſalutem Gentium peragrabant, momento temporis, in Sublime elati, Ieroſolymis conuenerunt. Huius circiter anni curriculum Imperator Claudius, expeditione, ad Britanniam acquirendam ſuſcepta, cũ ab Hoſtia nauigaret, Suetonio alijſq; referentibus, vehementi Circio bis penè demerſus eſt, propè Liguriam, iuxtàq; Stæchadas inſulas. Quare à Maſſilia Geſſoriacum vſq; pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit: Britāniſq; edomitis Sardinię latera tenuit Romam rediens vnde & commeatus copioſiſſimos Sumpſit: ex eaq; Præſidem, Sicut & cæterarum prouinciarũ, omnes Romam ad triumphi ſpectaculum, ſtatuit proficiſci. Præſides enim tum quoq; habebant Prouinciæ cunctæ, vt ex Suetonio, cap. 18. deductum habes.

An. Chr. 51 *Petri* 7. *Claud.* 9.

EX pulſis Roma Iudæis, ingens eorum copia in Sardiniam migrat. Suetonius cap. 25: expulſionem hanc paucis refert. *Iudæos impulſore Chreſto* (id eſt Chriſto) *aſſiduè tumultuantes, Roma expulit.* Paulus Oroſius lib. 7. cap. 6. *Anno,* inquit, *eiuſdem nono expulſos per Claudium Vrbe Iudeos, impulſore Chriſto, aſſiduè tumultuantes Roma expulit. Sed vtrũ contra Chriſtum tumultuantes Iudæos coerceri, & comprimi iuſſerit, an etiam Chriſtianos ſimul, velut cognatæ religionis homines, voluerit expelli, nequaquam diſcernitur.* Probabile quidem eſt, multiſq; non diſplicet, Chriſtianos quoq; tum temporis vnà cum Iudeis expulſos fuiſſe. Amplectimur vltro, opinionem eorum, qui vtroſq; eliminatos eſſe tradunt.

tradunt. Vnde credibile redditur in Sardiniam Chriſtianorum pariter tum temporis multitudinem commigraſſe, euangeliumq; per omnes inſulæ partes magis magiſq; propagatum eſſe.

An. Chr. 61. Petri 17. Neronis 8.

PAulus, Gentium doctor, anno iſto Hiſpanias adiens, Corſicam, & Sardiniam ſua prædicatione colluſtrat. Aduentum Pauli in Hiſpaniam nō eſt cur immoremur oſtenſum; quando quidem per eximios Auctores propè centum & octo, Scriptis conſignatus habetur. Baronium conſule, ad ann. Chr. 61. pag. 445. num. 3. Videas Lucium Dextrū, eiuſq; Scholiaſten Biuarium, Auctorum ingentem cateruam afferentem. Teſtantur & aſſerunt magni viri Eccleſiæ decumani, & Scriptores Heroes: D. Hieronym⁹, in cap. 5. Amos: Perionius in vita S. Pauli; Chriſtianus Maſſæus, in Chron: Dorothæus epis. Tyri, in Synopſi: Doctor Angelicus Thomas in cap. 2. Philippen. lib. 4. & in cap. 2. ad Galath: Georgius Venetus, in Harm. cap. 2. ton. 7. cap. 21. D. Anſelmus, in epiſtol. 15. ad Rom. Theophilatus; Tarapha; Lucas Tuydenſis; Aegidius Zamorenſis; S. Iſidorus; Theudulus; Methaphraſtes; Ecumenius; S. Epiphanius; Chryſoſtomus; Gregorius Magnus in Moral: Beda in Martyrolog. Vſuardus, Adon; Rupertus Abbas; S. Athanaſius S. Cyrillus; Hippolitus & perplures. Viget & traditio vniuerſalis Hiſpanię; nec circa iſthanc, ſatis exploratam, compertamq; veritatem, ancipiti verſandum eſt animo.

Acceſſus autem Pauli in Sardiniam noſtram, deductionis, traditionis, & aſſertionis auctoritatibus comprobatur, & patet. Deductionis auctoritas diuerſorum dictis innititur. Inprimis Anſelmi, qui ſuper cap. 16. ad Rom. fatur hac ſerie: *Amari Rubro vſq; ad Oceanum prædicando cucurrit, imitans ſolis curſum: vt ante ei terra deficeret, quàm ſtudium prædicandi.* Subhinc Hieronymus in illa Amos cap. 5. verba, *qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ*, de Apoſtolo Paulo ita progreditur: *effuſus eſt ſuper faciem terræ, vt prædicaret Euangelium; de Hieroſolymis vſq; ad Illyricum, vſq; ad Hiſpanias; ab Oceano*, & cætera: ſubditq; : *vt antè eum deficeret terra quàm ſtudium prædicandi*. Totam occidentis plagam vſq; ād Occeanum quoq; Occiduum Paulum, ait Ieronymus, cucurriſſe: Sardinia in Occaſu eſt ad Oceanum peruia. id ipſum is ipſe ſuper cap. 11. Iſaiæ, inquit: *ac ne ſolùm Orientales populos ſignificare videatur, iungit & reliqua; & ab inſulis maris occidentalem plagam ſignificat.* Theodoretus ſuper Pſalm. 116; *poſtea*, ait, *in Italiam venit, & in Hiſpanias peruenit; & Inſulis, quæ in mari iacent, vtilitatem attulit*. Idem doctor Super epiſtolam ad Titum, ſic loquitur: *non ſolùm ijs, qui in continenti, ſed ijs etiam qui in inſulis habitabant, Diuinus Apoſtolus doctrinam ſalutarem attulit.* Cōſulantur inſuper Theodoretus ſuper epiſt. 2. ad Thimoth. cap. 4. Diuus Anſelmus in cap. 2. & 15. Epiſt. ad Galat. Rupertus in Iſa. lib. 2. cap. 10. Genebrardus in Chron. ad ann. Chr. 60. quorum è verbis elicitur, atq; deducitur Pauli in Sardiniam aduentum. Citat Genebrardus Epiphanium, & Hieronymum. Euſebius autē, *in italia*, inquit, *Hiſpania, Gallia, & alijs Occidentis regionibus docuit.* En primum.

Traditionis auctoritas ab antiquæ & vniuerſalis Inſulæ, viget hucuſq; conſenſu, pariter & præfixu. Quatenus à Maioribus, ad nos vſq; poſteri receperunt. Quantum autem generalis traditio valeat, vel ruſticus homo non neſcit. Traditio eſt? Nihil quæras amplius. ait Chryſoſt. homil. 4. ſup. epiſt. ad Theſſal. Et Auguſtinus in tract. de ieiunio Sabbathi, cap. 4. *inſtituta*, inquit, *Maiorum pro lege tenenda ſunt: de quibus ſi diſputare voluerimus, & ex aliorū conſuetudine, aliorum improbare, orir etur interminata luctatio; quæ labore Sermocinationis, cum certa documenta nulla veritatis*

tatis

tatis inſinuet, utiq; cauendum eſt, ne tempeſtate contentionis, ſerenitas charitatis obũbretur. Et Hieronymus contra Luciferianos: *una queq; prouincia ſenſu ſuo abundet in his & præcepta Maiorum leges Apoſtolicas arbitretur.* Stephanus Papa in quadam Epiſtola, quam ad Africanos miſit à D. Cypriano relata, ſic ait: *Idq; eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ, & grauitatis: non ſua poſteris tradere, ſed à Maioribus accepta ſeruare.* Traditionẽ autem, huiuſmodi Apoſtolorum Petri, & Pauli in Sardiniam aduentus teſtantur multi Scriptores. Archiepiſcopus Squiuel Hiſpanus, in Relatione ad Paulum V.P.M. *Segun tradicion muy recebida.* Doctor Martinus Carrillo, in Relatione ad Philippum Hiſpaniæ Regem: *Aſsi miſmo por tradicion antigua deſte Reyno ſe tiene, que vino San Petro, y San Pablo en ella.* Iacobus Pinto lib. 3. tit. 4. fol. 438. *Ad hac tam Petri quàm Pauli in Sardiniam aduentum ipſa fert loci traditio, certa, & cõſtans teſtis antiquæ veritatis, referunt Fara, & Vico, graues Sardoarum rerum Scriptores. Conteſtantur antiqua uſq; nunc ſeruata monimenta, rei ſanè huius argumenta non leuia.*

Habes mi lector ſatis ſuperq; traditionis in Scopulo, veritatis huiuſmodi anchora conſtituta; neq; vlterius protendendum. Siquidem traditio ſola probat. Probauit Baronio: qui, vt tom. 1. ann. 44. cap. 28, videri licet, volens probare Ioannem Euangeliſtam intimas Orientis partes Eccleſiaſtẽ penetraſſe, traditionem dumtaxat afferens, *Sed adhuc*, ait, *ulteriores Orientis partes penetraſſe, & Baſſoras Chriſtiana fide imbuiſſe, accepimus certa ac fide digna, relatione Patrum Societatis Ieſu; qui noſtris temporibus ad Indos, Euangelicæ prædicationis cauſa, profecti, hæc ex eiuſdem populi àmaioribus accepta traditione didicerunt.* Sufficit ergo traditio: quid amplius indagandum? Ad quid aliunde fidei ſuffragandum?

Suffragatur tamen peritiſsimorum, immodicæ dignitatis, fidei, atq; auctoritatis elogijs aſſertorum: qui huiuſmodi rei fulcrum ex ipſamet pietate conſolidant, Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus Franciſcus de Squiuel Hiſpanus, Victorienſis, in Relatione Sanctorum ad Paulum. V. P. M. vernacula ſua lingua in hæc: *fue ſin comparacion mayor el fauor que le vino del Sumo Rey de los Cielos con la predicacion del Santo Euangelio, hecha por los Sagrados Apoſtoles San Pedro San Pablo, Santiago, San Bonifacio Diſcipulo de Chriſto, San Marcos, San Pancracio Diacono, Diſcipulo de San Pedro, y Sant Hermes Diſcipulo de San Pablo.* Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus, Ioannes Fran. Fara Epiſcopus Boſanenſis, lib. 1. de rebus Sardois, fol. 70. *Beatus etiam Paulus Apoſtolus, qui liberatus à carcere, anno circiter LX. ſalutare verbum, ut inquit Primus Cabilonenſis Epiſcopus, in Corſica prædicauit, & S. Petrus, qui totum Occidentem, ut refert Nicephorus, in Sardinia Chriſti Euangelium diſſeminaſſe creduntur.* Doctor Martinus Carrillo Hiſpanus, in Relat. ad Philippum 3, Hiſp. Regem. Doctiſsimus pater, concionator inſignis, frater Seraphinus Squirro Minorita, in Sanctuario: Doctor Strada in ſuo manuſcripto tractatu, *Spongia Sardorum*; Doctor Antiochus Brondo Mercenarius, in hiſtor. Bonairæ: Doctor Auguſtinus Tola, Protonotarius Apoſtolicus, in deſcriptione ciuitatis Calaris: doctiſsimus pater Iacobus Pinto in tractatu de Chriſto Crucifixo, lib 3. tit. 4. vbi ſic ait. *Paulus etiam Apoſtolus, quando, ut Primus, Gabilonenſis Epiſcopus (& refert Fara Epiſcop. Boſanenſis, & alij ſcribunt) ſalutare uerbum in Corſica prædicauit, Sardiniam quoq; quæ Corſicæ ferme adhæret, inuiſit, nempe prouinciam Turritanam, eiuſq; ſuffraganeam Ciuitatenſem Diæceſim, & inde inſulæ reliquum, prædicationiſq; ſuæ radijs illuſtrauit.* Subdenſq; idipſum protrahit, *etenim*, inquiens, *in Ciuitatenſi Diæceſi quæ Turritanam) cuius ea, ut dixi, Eccleſia ſuffraganea eſt) prouinciam ſpectat uerſus Olbiam (ex Ptholomæo, & Oroſio, Fara lib. 1. Fol. 21.)*

antiquam vrbem Seprемptrionalem, cuius nunc nobiles reliquiæ Gallurenſes populi, non longè à Portu Romanorum, vulgò Longoſardo quà vicinior Corſicæ Sardinia, & frequens Romanis, Sardiſq; commercium) locus eſt Sanctimonia & Sanctitate inſignis ad quem, vtrumq; Apoſtolum, vel alterutrũ appuliſſe, ibiq; primùm rem Diuinam operatum eſſe argumento eſt ſacrum ipſum loco relictum, per antonomaſiam nomen, locus ſanctus, de qua nuncupatione, pleriſq; locis, ab Apoſtolicis functionibus indita, teſtantur paſſim, qui de locis Sanctis Scripſerunt (vide Bedam de locis ſanctis alioſq; omitto iam diu exhibitum eo nomine, loco cultum, ab antiquis Anachoretis, in quibus Sanctos Nicolaum & Tranum floruiſſe teſtis eſt antiquus Sacri loci codex, ſuapte antiquitate, & Ludouici Epiſcopi Ciuitatenſis auctoritate probatus. Vbi etiam vero ſimile eſt floruiſſe Antherum, ex Monacho Pontificem factum (Fara lib. 1. ex Onuphrio, & Petro Recordati) & Sancto Pontiano Papa (de quo mox dicam) verſùs eam inſulæ partem pridie Martyrium paſſo, ſuffectum. Hactenus ille: cui nos libenter ſubſcribimus, alterutrum, nempe Paulum, Romanũ portum, Longoſardo nunc dictum, è Corſicæ veſtigio acceſſiſſe, Olbiæque prædicationis iaculis ingruiſſe: non autem Turritanam illico ciuitatẽ docuiſſe, ſed Meridianam inſulæ partem Calarim vſq; vbi aduerſarij confremebant, Sathanæq; vigebat imperiũ cucurrit entheum ſpirans ignem. Hinc verò Turritanam prouinciam; Narbonem inde tranſmiſit. Locum autẽ illum Sanctum, non eo, quod Apoſtolica functio conſecrarit, idq; nomen indiderit, ita nuncupari annuimus; Sed Anachoritarum ob incolatũ, domũq; deuotam, & pretioſam, ſanctimoniam redolentem, tale tantumq; nomen ſortitum. Alioquin Montem Calaritanum, Michaeli Archangelo Sacrum, appellatum, Montem Sanctum, Apoſtolorum functionibus, & præſentia conſecratum, eoq; nomine decoratũ, pretium, faſq; dici exiſtimariq; foret? Similiter, & locus, Abba ſanta, Apoſtolicæ functionis alicuius miniſterio, baptiſmi, reiue vllius nomẽclatus fuiſſe putandus? Huiuſmodi quoque de alijs opinandum?

Veriſimilitudo, Olbiam primùm, Olbia Calarim, Calarim Turres, Turribus tandem Narbonem ſe Paulum contuliſſe, rationibus, efficacibuſque argumentis, & fundamentis innititur. Si enim Corſicam, (iuxta Primum) adijt, & inde Sardiniam (iuxta quos adduximus Auctores) ſi Narbonem deniq, petijt, ibiq; Paulum (quem Sergium Paulum Procunſulem fuiſſe tradunt) Epiſcopum ordinauit; vt habes in Martyrol. Rom. die 22. Martij; & in Vſuardico, ad diem 12. Decemb. & apud Anſelmum, ſeu Heruæum, ſuper cap. 16. ep. ad Rom. & in Adonico Martyrol. apud Moſandrum tom. 7. conſequens fit, Paulum è Corſica in Sardiniam tranſmittentem, Olbiã prætigiſſe, prouinciamq; Gallurenſem, Calarim verſùs peragraſſe; neq; enim credenda res eſt, Turres Olbia proceſſiſſe, & Synagogam Calaritanam, quæ omnium Inſulæ matrix erat, (imo niſi de ipſa apud Scriptores, & D. Gregorium de nulla fit mentio) poſthabitam omiſiſſe; Calari enim, vt diximus, tam Hebraiſmi, quàm etiã Paganiſmi erat robur, & neruus: eaq, Vrbs ciuiũ Romanorum. At neq; dicendum, Narbonem Calari conſcendiſſe, ita vt primùm Turres, de hinc Calarim, vt inde Narbonem, adierit. Eſto alta ſic re; vt qui Narbonem, cum Scriptoribus, Paulum tranſmiſiſſe ſentit: aut è Corſica, quin Sardiniam petierit; aut ex iſthac, quin Synagogam celeberrimã, totius inſulæ matricem, & matrem; ad quam verè omnia, quæ ad Religionẽ ſpectabant, referebantur cogatur adſtruere. Illud impium, & à pectore, diuinis conflagrante flammis, vti à ſolo ſydera, ſegregatũ. Qui enim Chriſtum, & hunc Crucifixum, Seraphica, quin & Cherubica feruentia prædicabat; quiq; bellica vti machina, & militare tormentum, hoſtilis roboris intima

ma concutere geſtiebat, Regnum illud Sardiniæ prætioſum, Romanoq; imperio glorioſum, dumtaxat in membris, poſthabito capite, neq; eſſerendus, nec ſanè in animũ eſt inducendus, aggreſſus. Iſthoc tandem Doctori, Gentiũq; Magiſtro inſolitum; ciui Romano indecens, indecorum. Prouinciarum namq; iugi commercio, iure ſuo, vertices attendebat, vt capite cum criſtis excuſſo, reliquũ abiret corpus in truncum. Ciuis Romanus Vrbẽ eggreſſus ad prouinciarum curias, ſe profeſſus referebat: rerum ſuarum iiſdemq; codices præſentabat; nec ſine Præſidis, aut Tribuni, expeditione vlterius progredi, decus erat. Paulus, vt extat in Actibus, Ciuis Romanus erat. Abſoluitur, & concluditur, Paulum Apoſtolorum olaia Calarim, Calari Turres Turribus verò Narbonem ijſſe: hæc namq; vrbs atque regio Narbonenſis Turritanæ prouinciæ in conſpectu eſt.

Prædicauit igitur Paulus per totam ferè Sardiniam, ſecum ferens Diſcipulos multos, inter quos S. Hermetem, & S. Quartum. Hermetem reliquit Epiſcopum, Quartum autem in Hiſpaniam duxit, ibiq; vt penes Lucium Dextrum ann. Chr. 50. habes, Antiſtitem ordinauit. Agunt de S. Quarto Martyrologia die 3. Nouembris: vidẽ Biuarium fol. 103. nu. 5. Fuit ne noſter, ex oppido Quarto Quartus? Aliè noſtro inſedit animo: non tamen adſtruimus.

Ann. Chr. 62. Petri 18. Neron. 6.

SVB id æui, Neronis perſequutio, quæ ab anno imperij ſui 2. incæperat, in Sardiniæ Fideles efferbuit. Sæuierat iam in Hiſpanos anno Chr. 60. vt Lucius Dexter, alijq; teſtantur tantamq; Martyrum ſtragem fecit, vt crederetur tota vbiq; extincta, & prorſus euerſa Religio. Teſtatur hanc ſtragem lapis, ſeu marmorea quædam columna, quę in Hiſpania, Cluniæ Coloniæ, à Biuario recitata, erecta fuit à Neronis Miniſtris: meminerunt etiam columnæ huiuſce, Aldus Manutius in Orthographia, Cæſar Baroni' ad ann. Chr. 69. Ambroſius Morales, lib. 9. ca. 17. ſuæ hiſt. anterio rq; cæteris Cyrillus Anchonitanus: quæ ita inſcripta legitur.

NERONI. CL. CAES. Aug. Pōt. Max. ob. PROVINCIAM. LATRONIBVS. ET. HIS. QVI NOVAM. GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCARANT PVRGATAM.

Biuarius iſthìc *cæterum non eam ſolam ſub hac inſcriptione tunc erectã credas, ſed quàm plures. Eſt autem veriſimile, has omnes poſtmodum, cum Catholica Eccleſia idolatriam ſuppreſſit ac deuicit, à Chriſtianis confractas, & alijs aptatas vſibus ne trophæa contra Eccleſiam erecta, permanerent.* Cęſar Baronius, tom. 1. Annal. recte notauit, *conſidera*, inquiens, *ex his, vehementiſſimam fuiſſe perſequutionẽ Neronis, vt creditum fuerit, Chriſtianam Religionẽ ab eo penitus extirpatam.* Hoc tempore S. Bonifatius Epiſcopus, Chriſti diſcipulus, cum ingenti Fidelium numero paſſus eſt Calari, cuius corpus ibi inuentum, ibiq; ſeruatur. In his. B. Pancratius Diaconus, Petri Diſcipulus; de quo templum antiquiſſimum huc vſq; in Calaritani montis vertice cõditum, permanet: eiuſq; imago in habitu Diaconico (ad diſtinctionem alterius Pancratij epiſcopi in Sicilia, qui etiam fuit Diſcipulus. B. Petri Apoſtoli, vt perhibet Metaphraſtes: aliuſq; Pancratij Romæ paſſi, ſub Diocletiano, vt habetur in Martyrol. ſub die. 12. Maij.) in tabula altaris depicta. In his quoq; tunc paſſus eſt. B. Hermes. S. Pauli diſcipulus; cuius templum in eadem ciuitate Calaritana conſtructum, refertur à S. Gregorio, cognomento Magno; in quo, ait, Matronam nobiliſſimam Calaritanam fundaſſe Monaſterium Monialium. In his inſuper Aemilianus, Priamus, Lucianus, & Felix fæmina eiuſq; coniux Theodoretus miraculis clari, migrarunt in cælum, y.

Primi Sardi. Mart.

Calen. Iunij: quorum corpora Calari nuper inuenta ſunt. Hoc eodem anno paſſi ſunt B.B. Saluſtianus miraculorum gloria per coruſcans, VI. idus Iunij, Vſuardo teſte neq; obſtat Faræ dictum, quo Confeſſorē potiùs, quàm Martyrē fuiſſe innuit; paſſus eſt enim, & ipſe pro Chriſto, ſub eadem Neronis perſequutione, anno, & menſe iiſdem. Hoc etiam tempore B. B. Gabinus, & Chriſpulus, pro Fide necati ſunt in vrbe Turritana, 3. Calen. Iunij Itemq; in eadem ciuitate B. Creſcentianus, prid. Calen. Iunij Martyrij laurea redimitus, migrauit in cęlum. Huiuſmodi veritatis elogium menſis Iunij tempus enutrit, quo omnes mortē perpeſſos Vſuardus in ſuo Martyrologio recitat refertq; Fara. Hoc etiam tempore Iuſta, Iuſtina, & Henedina, pridie Idus Maij pro Chriſto peremptæ, ad cæleſtia regna volarunt. Cauēdum hic Aemiliani Martyris inſcriptionis vrnalis erratum; quod ſic extat: HIC IACET B. M. AEMILIANVS QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS XV. QVIEVIT IN PACE PRIDIE NONAS NOVEMBRIS. Vſuardus autem Iunio tradit enectum, & bene: ſiquidem ita fuit; epitaphium autem ſepulcrale non de morte quidem, ſed de humato corpore, illiſque inciſis grammatibus agit. Quod ſi non, procul dubio error fuit epithaphium conſcribentis, Vſuardo ſit fides. Sub iſthac etiā perſequutione paſſus eſt B. Iuſtus, itemq; & Bonifatia Simeon, Maximus, Optantius, & Petrus.

Sublato è medio S. Bonifatio Chriſti diſcipulo, & Calaritanæ vrbis Antiſtite, ſucceſſit S. Bonifatius, cuius corpus Calari, in Baſilica S. Saturnini conditum, ſepulchro duntaxat, cùm inſcriptione, B. M. BONIFATIVS EPISCOPVS, apparente, nuſquam apparuit. Voluit B. Bonifatius ſui nominis alterum eligere ſucceſſorem; & fortaſſe diſcipulum & alumnum; concionibus ſuis Eccleſiæ partū, ſine forſan. Habes, ò lector, in inuentione SS. Sardiniæ, ibi in, *Sanctuario de Caller* huius B. Bonifatij mauſoleum cum epithaphio tituloq; marmoreo decoratum, & quę D. O. M. per eius interceſſionem, & merita, operatus eſt, ſigna: habeſq: in relatione Archiepiſcopi Calaritani, ad Paulum V. Pôt. Max. Beati Iuſti templum extat ad maris littus in regione Sarabinenſi, loco, Caſtiadas, appellato. Beati Simeonis in eodem diſtrictu, loco Villæ maioris, Eccleſiæ rudera peruiſuntur: Hoc etiam tempore paſſi ſunt B. B. M. M. Stephani, quorum corpora annis elapſis, Calari vnius, in patria noſtra, Mara, alterius reperta ſunt. Erant ij quidem, Stephani Protomartiris ſignis, & prædicatione ad fidem conuerſi, cuius poſt paſſionem Hieroſolymis expulſi, Sardiniam (quippe Sardi) cum alijs, in illa diſperſione fugatis, aduenerunt. Mentimur ne? Non: quia contra non loquimur mentem. Ipſi intercedant pro nobis ad Dominum.

S. Bonifat. ſecundus Calaris Epiſc.

Hoc anno B. Andræas Apoſtolus Ieſu Chriſti clauis affixus eſt cruci.

An. Chr. 63. Petri 19. Neronis 7.

REX Sardiniæ, ſicut & cæterarū, Prouinciarū, crudeliſſimo Neronis imperio, ſolo mariq; iactantur: deficiunt Galli, eumq; deſtituit omnis orbis. Ita Suetonius, cap. 40. At & infernalis huiuſce hominis ſimulachra in Sardinia prorſus euerſa: nec non & cultus cum tota Hiſpania, quin & Gallia, rectè riteq; concordans, diabolicū hominem deteſtatur. Hoc anno, iuxta Euſebium Cæſarienſem, & alios, Iacobus Frater Domini, glorioſo martyrio coronatus, cæleſtia penetrauit aſyla. Hoc ipſo met anno apud Hiſpanias multi pro Chriſti nomine Martyrium ſubiere: Dexter in Ann.

An

An. Chr. 67. Petri 23. Neron. 11.

PErſequutio in Chriſtianos à Nerone ſæuior excitatur edictiſque datis, humanæ illhic naturæ diabolus, odij in Chriſti membra furiales euomit flammas. Multi tunc quoq; dierum in Sardiniam profugi commigrãtes; multi ibidem, & paſſi ſunt.

An. Chr. 68. Petri 24. Neron. 12.

ECleſiæ fulcra, baſeſq; Petrus, & Paulus, è diuerſis terrarũ orbis finibus, animarum ad Chriſtum conuerſarum triumphis honuſti, Romam iterum veniunt; vbi Eccleſiam collabentem, collapſamue iam iam, ad priſtinum Fidei feruorem, & ſtatum redigunt. Scribit hinc Petrus ad vniuerſarum partium, atq; locorum eccleſias, valido clamore premendo; entheo ſermone firmando. Tunc & Sardiniæ ſacra concio, Petri epiſtolã illam ſecundam, ambabus vlnis excepit, & ſumma exultatione recepit. Quam ingens hiſce diebus Calari Martyrum ſtrages? Quàm Turribus? Arſit Archiuium ue tuſtorum, toties totq; tempeſtatibus ſæculorum, Sardinia, omnium nationũ amaſia, ventilata: iccirco talia tantaq; anhelo præcordium excremento, flagrantiſſimè deſideramus..

Philoſoph. Nero Rom. pellit Hoc anno crudelium crudeliſſimus Cæſar Nero, Tacito teſte, Philoſophos omnes Roma eliminauit, diuerſaſq; in partes exules fecit. Horum tunc proceres, inſignes & celebres Sophiæ vertices, Calaritanam prouinciam, quam Græci præcipuam incolebant, bonarum artium ſplendore, morum elegantia, virtutum radijs illuſtrarunt. Hoc met anno, de futuro Hieroſolimorum excidio contigere prodigia; quæ per vniuerſum terrarum orbem fragore terrifico ſtrepuere. Hoc tandem anno ipſo Iudæis à Romanis deficientibus, bellum Iudaicum ſumpſit initium, auctore Ioſepho, lib. 20. Ant. cap. 19. Chriſtiani procellarum à læſo Numine ciendarum, ſtridorem, marinorum inſtar hericiorum, conijcientes, præſentientes, ſeditioſis tumultibus Hieroſolyma ſubuoluta, tutellarem petrã arripiunt, in varias atq; diuerſas regiones emigrarunt: ita cum Epiphanio hæres. 29. & 30. ſentimus. Ex ijs verò multi Sardiniam procul dubio aduentarunt, Sardi equidẽ, Sardorumq; illic militantium proles, ad Fidem, ſalutiferi Ieſu, eiuſq; fulminum alumnorum, doctrina conuerſi. Tunc Ico ſanctiſſima, quæ Lucenſem fideliſſimam vrbem ſua protectione tuetur, à Nicodemo deſculpta, tot mirificis illuſtrata, à Fidelibus aliò tranſuecta eſt; donec temporum curſu, ad eandem Lucenſem vrbem diuino miraculo deportata Huius imaginis ſacroſanctæ, cuius celebritas innoteſcit & ludis, quin & Hebræorum illinc perpetuò propulſorũ, cauſa, ciuitatem illam, vt à pluribus mentis altæ, creditur, in libertate conſeruat. Tuncq; dierum Crucifixus ille qui tantis, ac talibus micat ſignis, à Nicodemo, vt traditur, fabricatus, ab vrbe Hieroſolyma vnà cum illa, tranſlata, in Sardiniam poſtea vecta fuit: Habemus iſthic in M. S. nec inficiamur. Crucifixo Lucę. liber. vrbis Lucẽſis. Crucifix. Arborenſis ĩ Sar.

An. Chr. 69. Petri 25. Neron. 13.

PAſſio B. B. Petri & Pauli in vrbe Roma; locis excultis, cunctis Fidelibus, Sacroſanctis· At non Romæ tantum, lociſq; iuxta Vrbem poſitis, ſed & in alijs ciuitatibus atq; prouincijs (verbis delector Baronianis) ſub eodem Nerone paſſi Martyres reperiuntur. Tradit enim Oroſius lib. 7. cap. 7. per omnes prouincias pari perſequutione Chriſtianos vexari, à Nerone mandatum, eſſe. Horum verò, magna ex parte, nomina exciderunt, exultis vbiq; Eccleſiaſticis monimentis à Diocletiano Imperatore; adeò vt vix paucorum habeatur mentio in Romi. Mart.

Sardinia, fodina Martirũ inexhauſta,

ſta, India generoſa, quin etiam & pretioſa Diuûm reliquiarum cornucopia ijs diebus clariſſimè nituit. Sedebat adhuc Bonifatius Calari, Boñifatij, Chriſti Diſcipuli, verus alumnus: & in hac perſequutione, cum totius Eccleſiæ Sardinienſis exemplo, vtiq; boni fecit. Conſtantiſſimè ſiquidem pertulit quæ læua tyrannica, tormenta martyrica miniſtrauit. Ita ex M. S. ita ex mente.

S. Bonifat. Epiſ. oppetit.

Valerianus Dalmata, Propr ętor Sardiniæ, ab inhumanis Neronis moribus animoq; nil diſtans, occiſioni huiuſmodi furenter incumbens, athletas Fidei, Chriſti ſeruos cruento feruore procribans, ſæuitiam tantam creditur executus. Extat inſcriptio in lapide, modum in hunc. VALERIANVS CIVES DALMATA ex Officio PR. PRETORIO. Q. VIXIT ANN. LI. Verùm & cuiuſdam bibliothecæ Pomponij domi, Prætoratus huiuſmodi memoriale repertũ, & à Seraphino Squirro in ſuo Sanctuario publico proditum, ſic enarrat. PRO SALVTE D. D. AVGG. HERCVLEM DEFENSOREM GENIO. CENTVRIONE, EX VOTO POSVIT, L. DOMITIVS VALERIANVS, DOMO CAPITOLIA. KARALITANI LECTVS IN PRAETORIO. Videndum marmoreum epitaphium, vbi ſic. NEO FET. erratum NEO, pro NERO.

An. Chr. 70. Lini 1. Neron. 14.

NERO, irritæ terræ partus ac mõſtrum, cum à Senatu quererentur ad pænam, è palatio fugiens, ad quartum verbis milliarium, dum equites ſe quærentes aduentare cognouit mortem ſibi conſciuit anno ætatis ſuę. 32. itaq; quem ſceleſtiſſimus, Apoſtolorum biberat ſanguinem in ſuopte infelix euomit. Acta tunc per vniuerſum terrarum ambitum fæſta, ob tãte libertatis lætitiam. Neq; inferior vlli Sardinia prouinciarum tanto in gaudio celebrando; non modò fideles, verùm & Ethnici quoq; Sardi. Inter illos autem milites, qui ad comprehenſionem, peremptionem ve Neronis expediti ſunt, Sardos fuiſſe nonnullos, habemus.

An. Chr. 71. Lini 2. Othonis 1.

EXtincta Cæſarum ſtirpe, Seruius Sulpitius Galba à militibus, ex noſtratibus etiam ibi multis, quibus Dux præerat, acclamatus eſt Imperator. tenuit regimen mẽſes ſeptẽ dieſq; totidem: quibus exactis in foro peremptus, infernum deſcendit. Hic per Sardiniam, Prouinciaſq; alias, edicta dimiſit, auctor ſingulis. vniuerſiſq; conſpirandi, ſimul & vt qua poſſet quiſq; opera, communem cauſam iuuaret. Ita Suetonius. Carthagine noua, in Hiſpania, conuentũ egit. Illuc Ichnuſæa nobilitas Martijs pro rebus effluxit: illuc Balearicum decus: dum nobilem inde puerum, ibi diutius exulantem, acciuerat.

Romam adiens claſſe cum magna, Sardiniam tetigit, per Auſtralem inquam oram; & ab Vrbe ciuium Romanorum, Calari, illac proximè tranſeuntis, eiuſce nauium inſula ſalutatur. Arripuit exin Otho Siluius imperium Romanorum.

Verùm Sardinię principatui nullus acceſſit, donec Otho, ſubacto Vitellio, Romanum tutè, atq; tutiùs ſibi victor aſciuit. Imperauit. 95. dies, mortemq; ſibi, die. 20 Aprilis, ætatis ſuæ anno, 38. Scribunt Tacitus, Suetonius, alijq;

An. Chr. 72. Lini 3. Veſpaſiani 1.

PAX totum ferme per orbem; Iudæi ſolummodò domeſtica ſeditione, more ſceleſto, tumultuantes, acerbo Marte furentes, Pacifici Regis ob necẽ, vltionem diuinam experiuntur. Cruciſq; potentia proſternuntur. Mittitur denuò à patre Titus, diuinæ iuſtitiæ in Ieroſolymam complementũ

quin

quin etiam inſtrumentum, Martium comparat apparatum,claſſemq; ponto Piſano, nunc Lyburno (ita nobis Rabinus Rocca)amicas per vndas,ad bellum Iudaicum abſoluendum,ſoluit & prouehit Ichnuſæorum hoc tempore lacertorum,viriumq;celebritas, tot memorandis: egregijs, atq; inclytis, Carthaginenſes, Romanoſq; aduerſũ, rebus geſtis, magis intonuit; quippe qui præſtantiſſima legione pollebant; quippe qui Martyrum ſanguine, Elephantum inſtar,in hoſtes accenſi; Martyrum, quorum Sanguine rubricata, Sardinica tellus clamabat in cælum; *Vindica Sanguinem noſtrum Deus noſter:* Quin & potiùs innocentiſſimi Ieſu? *qui peccatum non fecit, nec dolus habitus eſt in ore eius* cruore effuſus; quin tandem prophetiatum, diuinoſumq; decretorum neceſſitas impellebant,vrgebant, ad exitia deteriora,duræ ceruicis gentem, impellente cælitus numine, perduxere. Satis ſuperq; de ijs Ioſephus.

An.Chr. 75. *Lini* 6. *Veſpaſ.* 4.

VEſpaſiani cupiditas inſoleſcit: non enim cõtentus omiſſa ſub Galba vectigalia reuocaſſe, noua & grauia addidit,auxit tributa prouincijs & in his Sardiniæ duplicauit. Elicitur Suetonij e dictis cap. 15. Hoc anno complures Philoſophi,qui circumeũdo prouincias, vniuerſum peruagati ſunt orbem, Sardiniam aduenerunt; Calarimq; Turres, & Olbiam conuiſentes, ad populos conciones habuere; haſq; fidelium Chriſti cultorũ obſeruantiæ, nomini, vitæ, moribuſque, ac inſtituto, prorſus obnoxias,penitus obluctantes, conatu, ſtudioq; mirifico protraxere. Tangit Baronius, ad hunc annum.

An. Chr. 77 *Lini* 8. *Veſpaſ.* 6.

COnſtruitur Romæ Templum pacis, vt auctor eſt Dio, agens de Veſpaſiano, ijs verbis. *Dedicatum eſt eo, præter alia hinc inde toto terrarum orbe quæſita ornamenta;* &c. Inducendum ne animo, ſi, toto terrarum orbe ornamenta quæſita,Sardiniã,auro,argento corallio, gemmiſq; ſcatentem, huiuſmodi Pacis ædi pretioſos ornatus, magnoſq; decores minimè miniſtraſſe? Multum contulit tantæ moli opulenta Sardinia; diues opum, auri, argenti, gemmarum, quin & coralliorum, ſub ſole non pretioſiorum, & equidem lapillorum, atq; etiam Sardonicum; & quid plura? loquantur montes, proclament littora, fodinæ ſpectentur.

An. Chr. 80. *Lini* 11. *Veſpaſ.* 9.

LInus Pontifex pro Chriſti nomine Martyrium conſumauit. In Sardinia pariter multi pro eiuſdem Chriſti nomine dira ſupplicia Subiere.

An. Chr. 81. *Cleti* 1. *Titi* 1.

REſpirat orbis terrarũ, Titi quiete: in Sardinia Chriſti fideles iure ſuo potiti, quietiſſime agunt. Siquidem per totum ſui Regni biẽnium non modò ab innocentium, verùm & à Sontium ſupplicio Titus abhorruit. Scribit enim Suetonius cap 9. de ipſo hunc inmodum. *Pontificatum maximum ideo ſe profeſſus accipere, vt puras ſeruaret manus; fidem præſtitit, nec auctor poſthac cuiuſquam necis, nec conſcius: quamuis interdum vlciſcendi cauſa non deeſſet. ſed periturum ſe potiùs quàm perditurum adiurans.* Hæc e fonte. Adſtipulatur & Dio in Tito,cap.8. *Titus ex quo tempore Principatum ſolus obtinuit, nec cædes fecit, nec amoribus inſeruiuit* Idipſum met alibi, ſic. *Quamdiu Principatum tenuit, nullum interfici iuſſit: ſed nec alius quiſpiam ſub eius imperio, morte affectus eſt, De crimine impietatis nunquam cognouit, nec permiſit alijs vt cognoſcerent.*

Hoc tẽpore parens Sardinia, Chriſti fidelium aſylum potiùs quàm exiliũ fidem quàm maxime propagauit; validiores vires adepta, ſecundo Zephiro

H mari

mari tranquillo, nauiculā ſuam prouexit in altum, pinnigeroſq; piſces in retia glomerauit.

An. Chr. 83. Cleti 3. Titi 3.

TITVS fato concedit; Domitianus ſuccedit. Sardinia Romæ vectigalia magna miniſtrat: theatrum, Calari molem adauctam, ad Martyrū pugnas exercet.

An. Chr. 85. Cleti 5. Domit. 2.

DOmitianus Philoſophos eijcit Roma; qui partim in Hiſpaniā partim in Africam ſeceſſere. Verùm & in Sardiniam contendiſſe aliquos, minime dubitamus. De his Philoſtratus lib. 7. Hoc etiam anno in ciues Romanos ſęuiens ferociſſimus Cæſar, plurimos Senatorum in exilium mittit; vliq; iſtorum Sardiniam peroptantes, vti aſylum, precibus feruidis nacti ſunt. Aſt & ij, ciuilitatis ornatu, decoris ambitu, Vrbem ciuium Romanorum, Calarim, accolluiſſe ſentimus; aſſerimus.

An. Chr. 86. Cleti 6. Domit. 3.

REperitur in ſcrinijs Meſſanenſium epiſtola Dei Matris Marię quam ipſa adhuc in humanis agens Meſſanæ ſuopte pollice ſcripſit. Hæc, in memoriam talis, tantiq; beneficij in Metropolitana eccleſia, *la Madonna de Littrio,* nuncupata, ſeruatur. De iſthac Petr⁹ Caniſius, lib. 5. de Deipara, cap. 1. & alij: traditio ſufficit. Sed quid enim? Auguſtiſſimam Virginem Hiſpaniæ ſua præſentia decus afferre iam noris, o pie mi lector; quum Apoſtolo, ſuo nepoti Iacobo, iuxta fluuij littus apparuit; aſt & literas ad eum quoq; miſiſſe quis ambigit? Theotocę inclitæ, omniū principatuum, atq; poteſtatuum venerabilis Heroina, Maria, litteras accepit Hiſpania, Sardinia nō experte. Quippe dum illac ageret in Diuinis maternam ſalutauit; nouelloſq; in Fide partus aperuit, Sardorum nimirum germina Sanctitatis quos, Regina cæli; ſolatia cordis noſtri, charitatis enixu, exhortationis effectu, affectus calcaribus, Epiſtolæ feruide fulmine concuſſit, empyreo: & velut occidui Gentilitij paruas primitias, & à Nepote collectas, quin & ſatas, pretioſiſſimas habuit, magni fecit. Habuit itaq; Sardinia quondam Deiparæ literas, quæ, Archiuiorum conflagratione, deſiderata, penitus non apparent.

Florentia quoq; Hetruriæ Princeps nobis & noſtris, inter cæteras orbis vrbes, dilectior carior, huiuſmodi beneficio, epiſtolæ nempe Deiparæ, cohoneſtata eſt; ſcripſit enim ad Florētinos, quæ ſic ſe habet *Florentia, Deo & Domino Ieſu Christo filio meo dilecta; tene Fidem, inſta orationibus, roborare patientia his enim ſempiternam conſequeris ſalutem apud Deum.* Teſtatur hanc epiſtolam Franciſcus Viuarius Mantuæ Carpentanæ, in commentarijs Flauij Lucij Dextri, ad ann. Chris. 86. fol. 178. Hieronymus Sanauarola in concione quā habuit ad Florētinos, die. 25. Octobris anno Dom. 1495. Ioannes Cartagena in Homil. Cathol. Petrus Caniſius de Deipara, & Franciſcus Arias, de imitatione Virginis. Maria Virgo ad Florentinos ſcrib. Epiſt.

An. Chr. 92. Cleti 12. Domit. 9.

HOC anno Domitianus, vt teſtis eſt Euſebius, Mathematicos & Philoſophos Romana vrbe pellit, multiquæ ex ijs Sardiniam aduenisse creduntur. Hunc etiam annum circiter, quamuis Euſebio, anno pręterito actū id videatur, idem nobilium plurimos Roma eliminat, diuerſaſq; in parteis exilio damnat: ex quibus immodici in Sardiniam tranſfretarunt. Hoc eodem anno Ioannes Apoſtolus Romam à Proconſule Aſiæ miſſus eſt vinctus.

Ann.

Ann. Chr. 93. Clem. 1. Domiti 10.

DOmitianus, de crudelitate Neronis portio, (vt Tertulliani verbis vtamur) Chriſtianis inſeuiẽs, bacchans atq; furians, perſequutionem dementiſſimus acuit, & turbulentarum omnium tempeſtatum turbines, ferina concitat rabie. Hoc anno multi in Sardinia Martyres, inter quos B. M. Iulianus, nobiliſſimus Calaritanus, & Comes, cuius corpus annis elapſis in eadem ſua patria inuentum eſt. Extat huius Diui antiquiſſimum templũ iuxta Calarim; vnde procul dubiò cœlũ martirij laurea redimitus, aſcendit. Aliud quoq; vetuſtiſſimum habet Petraſocenſe oppidum in prouincia Calaritana, cum equeſtri effigie ſculptili, verno idiomate, Santu Iulianu Conti. Decoratæ ſuæ nobilitatis intus in vrna veſtigia ſunt inuenta; anulus nimirum aureus, aurea item fila. Nec oboleat dixiſſe nos Comitem, cum Romanorum tempore Comites nil extiterint, ſiquidem titulus hic, à Sardis poſtmodum, ſuarum dignitatis & præſtantiæ ignorantibus gradum, inditus eſt. Erat forſitan Roma donatus, cum alicuius eminentiæ comitatu, muniorum cumulatu, Romaniq; decoris ornatu.

S. Iul. Calaritan.

Hoc circiter quoq; tempus (licet Dextro per annum. 91 placeat) Philippus cognomento Philotheus, qui prius corpora SS. Martyrum Geruaſij & Protaſij ciuium ſuorum Mediolanenſium, vt auctor eſt Dexter, Mediolani ſepelierat, conuerſuſq; in Campo Laminitano à S. Paulo, illum ſequutus adhæſit Clementi; à quo in Hiſpanias miſſus eſt Apoſtolicæ Sedis legatus, initio ſui Pontificatus, anno videlicet celebrato, 93. Sardiniam in hoc itinere Philippus acceſſit, ibiq; ſuo munere fungens, Eccleſias reformauit & auxit. Veniſſe autem illuc, ex Methodij, Græci Auctoris & peruetuſt.; in vita S. Dionyſij verbis elicimus; quæ ſic extant. *Porrò S. Clemens ſub id tempus Philippum, quendam hiſpanis Epiſcopum præfecerat; eand. mq. poteſtatem, quam ipſe Diuinus Clemens à Petro accepit, ipſi dederat, dicens: præfectus in Occidentales plagas. Euangelium Regni cælorum prædicato; ligandi etiam, ſoluendiq; poteſtas tibi eſto; vt Chriſti Euangelium parte quoq; longè lateq; diffundatur.* & cęter. Expende, *in occiden. plag. long. lat.* Et quidem Sardinia Occidentalibus adiacet plagis.

Phili. ī Sar.

An. Chr. 94. Clem. 2. Domiti 11.

DOmitianus, vt auctor eſt Suetonius cap. 7. ad ſummam quondam vbertatem vini, frumenti verò inopiam, exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret, vtq; in Prouincijs vineta Succiderentur, relicta (vbi plurimum) dimidia parte: & quamuis rem exequi minimè in Italia perſtiterit, in inſulis, longèq; locis poſitis, miniſtri edictum Sacroſantum populis effecere; donec decreti ad eos peruenit reuocatio. Hoc itaq; tempore, in Sardinia vineta plura Succiſa.

Sub id æui Magiſtratibus vrbicis, prouinciarumq; Præſidibus, vt ipſemet fatur Suetonius, cap. 8. coercendis, tantum curæ adhibuit, vt neq, modeſtiores vnquam, neq; iuſtiores extiterint. Tunc Sardinia ab exactionibus & oneribus reſpirauit, non deglubita ſed attonſa.

Verùm enim verò felicitas hęc non immodice ſubſtitit; quando quidem exhauſtis operum, & munerum impenſis, prædatus eſt omnimodo bona viuorum, & mortuorum; ita vt ſatis eſſet obijci qualecunq; factum, dictumq; aduerſum maieſtatem Principis. Confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates, vel exiſtente vno qui diceret audiſſe ſe ex defuncto, cum viueret, hæredem ſibi Cæſarem eſſe. Hinc Sardinia, vti circumfluarum omnium ditiſſima, ex aurea, plumbea tellus euaſit: tantùm pollet herus tyrannus, impius gubernator.

Hoc

Hoc anno, furente Domitio, multis per Hiſpaniam, pro Chriſti nomine, Martyrij palmam leguntur adepti, vt apud Flauium Lucium Dextrum habes. Quin & in Sardinia, æuo iſto, cædes teterrima Chriſtianorum creditur extitiſſe; tum incolarum, cum etiam accolarum; quippe qui perſequutionē turbulentiſſimam ex Hiſpania fugiebant, in Scyllam incidebant, cupientes vitare Charybdim: Spumabat ſiquidē ibi, magis quàm alibi, tyrannicus aper; ſanguineis oculis territando, dentibus infremendo.

An. Chr. 95. Clem. 3. Domiti 13.

HOC anno, è medio ſublatis, furore Domitij, multis Epiſcopis I. Clemens, ad loca diuerſa, quàm plurimos deſtinauit: req; ſat vera, & in Sardinia; quam quidem, vti oculi ſui pupillam, eiuſce tanquam olim, vt dictum eſt, Paſtor, habebat. Scripſit almus Pontifex ſub id æui epiſtolas plurimas Eccleſijs vniuerſis, vt B. Epiphanij, hæres. 30. confirmatur elogio; quæ quidem, vt ipſe adſtruit, in Eccleſijs populo legi ſolebant: quibus, inter alia, de hæreticis cōquerebatur, quòd Petri circuitus à ſe ſcriptos deprauaſſent. Adſtipulatur Cæſar Baronius, in hunc annum, plures epiſtolas (præter eas, quæ hodie habentur; titulo Clementis inſcriptæ) ſcripſiſſe Clementē.

Dices, amabò, mi lector, Sardiniam Romani imperij inſulam decumanam pijſſimam, (torque veſtigia, vide retro in Apparatu, & alibi) quoq; nutricem Martyrum Sanguine, tum etiam temporis, purpuratam, ventiſq; Gentilium agitatam, Clementis, quondam; & tunc dierum clementiſſimi ſui paſtoris, prius epiſcopi, dehinc Papæ, huiuſmodi literis caruiſſe? Vero nil ſimile: magis ad illam igneas tranſmiſiſſe crecendum, in qua Tyrannorum neruus & robur erat; illuc enim Chriſtiani Roma plurimi relegati, ſtrageſq; defor[m]is eorumq; paſſim edebatur acerba.

An. Chr. 95. Clemen. 4. Domit. 13.

HOC anno, ſecundùm Euſebium, Domitianus multos nobilium perdidit, quoſdam verò in exilium miſit. Ex ijs (fama) nonnulli in Sardiniam, Chriſtianorum exulum dulce gremium, relegati.

An. Chr. 98. Clemen. 6. Domit. 15.

DIonyſius, Athenarum Epiſcopus a B. Pontifice Clemente, Sardinienſis Eccleſiæ Mecænate, vnam cum Ruſtico, & Eleutherio in Gallias amandatur; iterq; dirigit ad Noſtrateis apud quos diuerſatus, magis magiſq; Eccleſiam illam dogmatibus almis, æquè & ſaluberrimis coaleſcere fecit inſtructam. Ita ex ijs, qui ex antiquioribus monumētis, eius aliorumq; Chriſti athletarū res fortiter geſtas, ſcriptis, memoriæ prodidere: veriſimile comprobamus. Hoc anno, Euſebij placito, Domitianus rurſum Philoſophos, & Mathematicos Roma, per edictum, extrudit: exquibus Sardiniā acceſſiſſe nonnullos, credimus & firmamus. Erat enim Sardinia, à tenerrimis ſæculorum vnguiculis, Pelaſgis amaſia; eamq; ij ipſi, velut ſpirabilem dulcem, & ſalutiferam auram, ab Aetnæo rerum agibilium æſtu, agitationumq; fortunæ ſuggeſtu, quietis ambroſiam, repetebant. Hinc Sulcitanam totam ferme regionem incolebant, vt habes in ſuperioribus enarratum.

An. Chr. 100. Clem. 8. Traiani 1.

NErua Traianus, natione Hiſpanus, patria Italicenſis, à Nerua imp. adoptatus, in imperium ei Succedit, tenetq; annos. 19. menſes ſex, & dies XV. Hic in primo imperij ſui exordio ſtatuta Chriſtianis obnoxia edidit, cauens, ne collegia ſeu ſodalitia fierent. Hæc publico vulgauit edicto; quo ipſos Chriſti cultores in ſimul conuenire prohibuit, vetuit adunari.

Huius

Huius vigore decreti, Prouinciarum Præſidibus, fideles ipſos affligendi anſam dedit. At non Romæ duntaxat in Chriſtifideles orta eſt hæc tempeſtas, ſed in cunctis quoq; Rom. Imp. ſubditis locis. Optime Cæſar Baronius in hunc annum; *ita*, inquit, *etiam cæteros Prouinciarum Præſides fecitaſſe, nullus iure poterit dubitare*. In Sardinia igitur Chriſtiani acerbiſſima ſunt mala perpeſſi: alij bonorum omnium ſpoliatione, alij vitæ perditione, alij tandem diuerſis tormentorum ærumnarumq; generibus, procelloſa ſunt nimia tempeſtate iactati. Prodit Lucius Dexter hoc anno in Hiſpania ingentem Martyrum copiam; tradit Baronius Beati Clementis exilium, & Chriſtianorum degentium Romę preſſuram.

Per hoc tempus, S. Marcellus ciuis Romanus, cognomento Eugenius, Neroni chariſſimus S. Petri diſcipulus, eiuſque peregrinationum indiuiduus comes, poſt longas peregrinationes in Italia, Gallia, & Hiſpania obitas, Dextro teſte, legatus B. Clementis à B. Dionyſio, Arelatæ Epiſcopus factus, ad Hiſpanias mittitur. Verum & Sardinianas Eccleſias viſit, ipſaſq; ſaluberrimis, Apoſtolicis, quin & Catholicis imbuit documentis; quum videlicet ex Italia in Gallias, inde Hiſpanias ipſe contendit.

Ann. Chr. 124. *Alexandri* 4. *Hadriani* 5.

ANNO à ſaluberrimo Virginis partu, 118. Traianus fato conceſſit, eiq; conſobrinæ ſuæ filius, xij ab Auguſto, in Romanum ſucceſſit impe rium, AElius nimirum Hadrianus. Hic à quadrato Apoſtolorum diſcipulo, & Ariſtide Athenienſi viro, Ottonis Epiſcopi verbis vtimur, & fide, & ſapientia pleno, commonitus, præcepit, ne ſine obiectu criminis, Chriſtiani punirentur. Hoc tandem anno Africam, iam quidem pridem à Iudæis vaſtatam, viſere peroptauit, & viſit: coloniaſq; illuc deducens, lybiam totam melius reduxit in frugi.

Sardiniam proculdubio attigit: imò & viſit littoralia promontoria; Iunctum ſiquidem petijt, Calaritanam vrbem contra; mare lybicum nauigauit, ingentiſſima claſſe deuectus, decumanas lybiæ ciuitates, ſua imperiali pręſentia decorauit.

Hoc anno contigit B. Antiochi, natione Mauri, ſolemne martyrium, cuius corpus, non multis ab hinc retro elapſis annis in ſpelunca Sulcitana inuentum eſt. Iſthìc annum integrum ſolitariè degens, ab Adriano relegatus, multas calamitates ærumnaſque perpeſſus, ſinus ęthereos penetrauit. extant de ipſo plurima monumenta, & apud inſulam illã cultus ampliſſimus. Prædicauit in Sulcide, multoſq; peperit Chriſto, & in ſacro lauacro, quos eos abluit, aliquos nomine ſuo donauit: & ex ijs Martyres quoq, poſtea, per diſcurſum temporis euaſere. Hic Dimam nolumus, qui eum primum Sardiniæ Martyrem aſſerit: hìc neq; Squirrum volumus, qui Sardum, hunc Antiochum putat. Maurum credimus, niſi Antiochenum, ab Apoſtolo Petro, in ciuitate illa conuerſum, velimus aduertere. Platanum nomine fratrem habuit, & hunc quidem Martyrem; ſed in Sardinia minimè, corpus eius. Quis enim tempeſtatis illius in turbine, ipſum transferre quibat? Quis, & qualiter? Extat veriſſimè corpus eius in Africa. Roſam autem Antiochi matrem minimè denegamus: traditione firmiſſima loci illius, coacti, non nihil adſtruere. Cecinimus olim carmine vario, inuentionem corporis eius: multa miracula patrat; ipſe intercedat pro nobis ad Dominum.

B. Antiochi Mart.

S. Roſa B. Antiochi mater.

An. Chriſti 125. *Alexan.* 5. *Adrian.* 6.

MOritur B. Antiochus in Sulcitana ſpelunca, patrat ſigna parit diſcipulos; & in eodem antro, à nuper ibi Chriſtianis effectis humatur.

Medicus celeberrimus extitit; gratiſq; & Ieſu amore, non modo hominibus, verùm, & brutis quoq; medelam adhibens. Extat de eius parente Roſa traditio, in eadem Sulcitana inſula eſſe ſepultam; neq; imus inficias. Profectò vnà cum nato, ex Africa pulſa, inſulam hanc, ſeu potiùs Palmam, incoluit: non enim veriſimile arbitramur, in illa ſolitudine matrem filio adhęſiſſe: veroſimilius propinqua loca inhabitaſſe, obitoq; die iuxta Filium tumulatam.

Hunc ſub annum, Adrianum Sardiniam quoq; ſeu adiens, ſiue ex lybia rediens, aduenifſe credibile redditur Baptiſtæ Egnatij verbis: *peregrinationis adeò ſtudioſus, vt omnes ferme prouincias, pedibus etiam peragrans, obierit*. Ita lib. 1. de AEl. Adri. Profectò, Romani Imperij molem emolumentis affluis augens, altrix Sardinia Adriani Cæſaris præſentia extit decorata. At iſthunc in Sardiniam Imperatoris aduentum, reflexa, maturiuſq; conſulta mente, lybiam petentis, adſtruimus. Enim verò Regiæ, præſigneſq; claſſes ex portu Piſanorum, nunc Lyburno, proficiſcebantur, vt plurimùm; vnde, commeatuum gratia opulentam, & diuitē inſulam trāſmiſiſſe, minimè credimus, Adrianum.

Adriā. in Sardin.

Sed neq; amabo te, lector, anno 24. Lybiam adijſſe hallucinatos nos cenſeas, quippe qui B. Antiochi Chronicon veneramur, facilè ex eo collegimus, anno ipſo in ſequentem vergente oras in illas ſe ingenti nauium contuliſſe: pulſo ſiquidem ex Africa Martyre, Sulcitanam prius inſulam cum ſilentio ſoluit, exin in publicum prodiens per aliquot menſes fidem Chriſti gentilibus ſtrenuiſſimè prædicauit; naturæq; anno prædicto, debitum ſoluit; non quidem vt placet Arcæ, poſt ipſum. Baronio re hac minimè præbemus aſſenſum, anno 126. in Africā traiecifſe; obluctatur enim, atq; repugnat, B. Antiochi vitæ, hiſtoricæ veritati; quę anno relato 125. eum recitat paſſum. Fauet Euſebius in ſuo Chronico verbis iſtis: *An. Dom. 124. Hadrianus in Libiam, quæ à Iudæis vaſtata fuerat, colonias deducit*. De aduentu demum Cæſaris in Sardiniam ambigendum nequicquam eſt; dum ex elogio Spartiani, à Baronio relati clareſcit, ijs verbis. *In Africam traieciſſe, vt omnes Imperio Romano ſubiectas prouincias viſitaret, auctor eſt Spartianus*. Standū *omnes Imp. Ro. ſub. pro.* Et quidem Rom. Imp. ſubiecta prou. quoq; Sardinia; nilq; neſcitum, in libyco mari ſitam. Aduenit re ſatis vera Sardiniā AElius, & multa in eam contulit beneficia, Vrbemq; Ciuium Romanorum, Calarim vnde ſoluit, ampliſſimis priuilegijs, atq; immunitatibus præditauit.

Ann. Chr. 126. Alex. 6. Adria. 7.

HAdrianus Græcus ciuitates, & in ijs Grecium Sulcitanū, nunc Eccleſias, priuilegiis ampliſſimis cumulauit.

Ann. Chr. 27. Alex. 7. Adria. 8.

PErſecutio in Chriſti cultores efferuet, totumq; furibunda orbē Alecto tyrannica, colubris torquata permiſcet. Per iſthoc euum Petri nauicula; Aquilone ſtridentibus ſtygio, procellis excutitur. Inſurgunt hæres, Cocytiq; profundo, flagitioſiſſimi Saturninus Antiochenus, & Baſilides Alexandrinus, emergunt: adeo vt quæ prius fuerat externis oppugnationibus afflictata, inteſtinis Eccleſia nuper opprimitur. Verum Chriſti ciuitas ſuprā petram condita firmam, nec tempeſtatibus foris, nec ſeditionibus, intus elanguet. Affuere ſiquidem ijs diebus ſtrenuiſſimi commilitones, qui fidei patrocinium ſuſcepere, & in Campo Crucis certantibus venere ſuppetias. Hoſce inter validiſſimos Martes Egeſippus emicuit, qui Apoſtolicæ prędicationis traditionem, ſimplici ſermone quinq; libris conſcripſit. Hoc etiam

tempore

tempore Iuſtinus Philoſophus, & Serenius Granianus multùm pro Chriſti nomine laborarunt;quorum, quin etiã & aliorum excitatus hortatu AElius Cęſar Dei Eccleſiæ reddidit tranquillitatem, & pacem. Sardinia per hos fluctus enauit impunè, & per AElium tempeſtate ſedata, fidei pelagus, tenui aura, ſulcat altius.

An. Chr. 130. *Alex.* 10. *Adria.* 11.

SAnctus Honoratus, natione Cantaber, Epiſcopus Toletanus per diuerſas occiduę plagę prouĩcias predicato, aduenit Baleares inſulas, exinde Sardiniam, de hinc Gallias penetrans Concham petit, moriturq; Confeſſor glorioſus.

Ann. Chr. 134. *Sixti* 3. *Hadria.* 15.

HActenus, tum Sardiniæ, cũ prouinciarum cęterarum Pretores, & Præſides valituras ad annum leges, arbitratu ſuopte atq; edicta ſanxere. Poſthac verò Adrianus Saluio Iuliano commiſit vniuerſalem cõdere legem, perenne ſtatutum: quod omnes in poſterum iure Prætores inuiolabiliter obſeruarent, populiſq; redderent ſacroſanctum. Calendis Ianuarij, vt auctor eſt in Verrem Cicero,edicta huiuſmodi incipere, eademq; die, verſo anno finire ſolebant. Hinc fidelium ingens coorta tempeſtas;hinc profligatio,cõflictus, & angor: dum eo edicto, ſecundùm Romanæ vrbis conſuetudinẽ viuere cogerentur. Quales; & quantam duriſſimam, & rigidiſſimam tyrannidiſſimam tyrannidis glaciem, Chriſtifideles, nudipedes, reiq; familiari exuti rupere! Propoſuit Cæſar edictum, de vigeſima hæreditatis portione, Fiſco applicanda; atq; ita, tam rem ob hanc, quàm etiam ob edictum, quod more Romano viueretur, quod quidẽ Chriſtianorum inſtitutis aduerſabatur quam maximè, eorum.

Hoc anno, decem millia Martyrum diuerſarum nationũ in altiſſimo monte Armeniæ, Ararath nomine, magiſtro, & ſocio Hermolao Archiepiſcopo Toletano, Crucis ſupplicium, pro fidei patrocinio ſubiere. Scribit Dexter; recitat Martyrol. Rom. *In monte Ararath paſſio Sanctorum Martyrum decẽ millium Crucifixorum.* Item & M. Maximus Hiſpanicus Choroniſta. Agit de ijs Breuiarium peruetuſtum,in Hiſpaniis aſſeruatum, à Franciſco Biuario, Lucij Dextri Scholiaſte;quod quidem, poſt eorum abſolutã Martyrij Chreiã, ſic profatur. *Locus igitur,in quo crucifixi ſunt, mons eſt maximus, & vocatur Ararath. Hora verò ſexta illius diei, terræ motus factus eſt magnus,petræ ſciſſæ ſunt;ſol etiam obſcuratus eſt,& tenebræ factæ ſunt,& omnia Signa quæ in paſſione domini apparuerunt* (excepta nimirum reſurrectione mortuorũ) *etiam ibi viſa ſunt.* Hucuſq; Breuiarium. Perempti ſunt autem ij ſub Adriano, vna eademq; omnes die ab exercitu triginta millium militum, ob fidem Chriſti. Maximus in Chron. *erant*, inquit, *iſti Sancti milites, maiori exparte Hiſpani.* Quam patrius Maximus? Maiori ex parte? Totius Imperij neruus, nationum omnium,ſubditarum eidẽ, medulla in illo prælio erat: potuit, *maiori ex parte*, ſed vnde callendum? Diuerſarum nationum fuiſſe, ex multis habemus; Sardinia tunc temporis, Fidelium numero, prouinciæ nulli cedebat, Rom. Imp. prouincia erat;eiuſq; Metropolis, Calaris, Romanę ciuitate donata; Romanorum colonijs paſſim conſita; municipijs honeſtata. Ambigendum ne, Sardoicam, in opulento,& copioſo illo Martyrum cuneo,nationem defuiſſe?Multi profectò ex ea, vnà cum cæteris gẽtium diuerſarum, in Crucem acti, glorioſo Martyrio coruſcantes,ſeſe ad arcem luminis rapuere.

An. Chr. 135. *Sixti.* 4. *Adria.* 16.

IVdæi, vt ſcribit Euſebius, in arma verſi Paleſtinam depopulati ſunt,

tenente prouinciam Tynió Ruffo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus ingentem, præcipuis Romanorũ ducibus creditum, miſit exercitum. Horum fuit primus Ducum Iulius Seuerus, qui in Iudæam ex Britannia vocatus, haud quidem auſus prẹliari, eo quòd exercitus eius multitudine, Iudaico imparerat, cunctatus eſt oppidò Victoriam tamen adeptus, cruentiſſima verpam gentem clade perflixit; adeòq; vt euaſerint pauci. Bellum iſthoc, legio, claſſiſq; Sardiniæ, quę quintum, vnà cum ſicula, quæ quartũ obtinebat locum, Martijs flammis ſtridere fecerunt.

cohors Sardiniæ quinta

An. Chri. 139. *Sixti* 8. *Hadr.* 20.

HAdriani dies ſub diaboli ditione finiti, orbem totum prauo rumore replerunt. Qui tantum Fidelium ſanguinem iuſſit effundi, iure optimò pænas exoluit, dum cruoris effluxu, miſerrime, lucis amiſit vſuram. Ita næ; *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur*; diuinum ſic fatur eloquium. AEdificia multa reliquit; perq; omnes præcipuas Imperij ciuitates, Saluatori Ieſu Chriſto templum extrui fecit; eaq; ſine ſtatuis idolorum; author eſt Iulius Capitolinus. Erat mos Romanis, ſacroſanctus admodum, primarijs Prouinciarum iuribus, inſignium ſtructurarum decus inferre, celebrioribus decorare, impenſis extruere ſummis, Romanęq; magnalia molis, decumanis in locis efferre. Porro ſi per inſigniores ciuitates, templa iſthæc, perhibentur extructa; proculdubiò, non alibi, quàm in vrbibus ciuium Romanorum. Ecqua amabò, in Sardinia ciuium Romanorum vrbs? inficiari non poteſt, Calarim fuiſſe. Hìc templum Ieſu, ab Adio condi iuſſum. Erant iam plura per inſulam, Chriſtifidelium oratoria, ſed non templa: ſiquidem Saluatoris cultui publicas ędificandi ędes facultatẽ Conſtantinus impertijt. Aſt non credendum, neq; dicendum; huiuſmodi templa, noſtrę ſalutis Authori ſacrata, per omnes atq; ſingulas imperij ciuitates, fuiſſe condita, & non per inſigniores dumtaxat; Non credendum, neq; dicendum; tum ob longiores, quin & ſtruendi impendioſiores aggreſſus; cũ etiam, ob Archiflaminum, Flaminũq; furidem, atq; lymphaticum obſtriggillatum. Qui quidem ſtructuræ huic nitebantur obſtare. Archiflamines verò in primarijs vrbibus reſidebãt: & quia in iſtis ęgrè poterant Cæſaris voluntati reſiſtere; in alijs conabantur obſiſtere. Obſtiterunt tamen, in collocanda Saluatoris imagine, vt Cęſar ardebat; & niſi fuiſſet morte præuentus rei faſtigium attigiſſet.

Criſpulum, & Creſcentianum ſub Nerone fuiſſe perpeſſos, ſuperiùs affirmamus hìc aſtruimus, & firmamus; idemq; de Gabino. Neq; oppugnat, ſed neq; repugnat, Rom. Martyrologium, minus Epiſcopus Fara. Serpi ſolummodò, qui ſub Hadriano tradit enectos: quam quidem rem, tanti viri cum pace, reijcimus.

Martyres in Sardinia ſub Hadriano.

QVamuis plures fuerint, ſub impia Neronis tyrannide, in Sardinia Martyres, B B. ſcilicet AEmilianus, ſiue AEmilius; Priamus, ſiue Primus; Lucianus, & Felix fęmina; Iuſta, Iuſtina, & Henedina Virgines, & Martyres; Saluſtianus, & alij; Hadriani tamen tempore multi fuerũt, & multi.

Primi Sardiniæ Martyres, Calaritani fuere.

ANteſignani Martyres, priores, & primi, in Sardinia paſſi, Apoſtolorum temporibus, Calaritani fuere. Liquet hæc veritas, & probamus. Apoſtolorum tempore paſſos eſſe, Fara teſtatur his verbis, Fol. 70. *Atque ita in Sardinia plures ſummi viri ſanctitate perſpicui, & miraculis clari, his tẽporibus floruere; anno enim . . . . . AEmilianus, Priamus, Lucianus, & Felix fœmina, ſanctitate in Sardinia*

Sardinia excelluerunt: & quinto Calen Iunij miraculis clari migrarunt in cælum. Expendimus verba illa, *his tẽporibus*, Apoſtolorum inquàm, vt ipſe inſinuat author. Fuiſſe verò Calaritanos, Primus, Cabilunenſis Epiſcopus atteſtatur, in ſua Topographia Martyrioiii, verbo, Calaris hunc in modum. *Caralis Sardinia ciuitas: hic Primus, Felix, AEmilius, & Lucianus Martyres, hic Euſebius Vercellenſis naſcitur*. En Sardiniæ Protomartyres, Calaritani AEmilianū AEmilium, Primum Priamum, vocat Cabilunenſis. Qui quidem, vt optimè tradit Fara, Apoſtolorum temporibus floruere. Primum igitur locum Sancto AEmiliano, eiuſq; commilitoribus, Fara tribuit. Secundum verò S. Saluſtiano: tertium Sanctis Gabino, & Criſpulo: quartum, Sancto Creſcentiano: quintum Sanctis Iuſtæ, Iuſtinæ, & Henedinæ; Sextū, S. Antiocho Sulcitano.

Additiones ad annum Chr. 37.

FAs nunc iam reficere quod annis ſequentibus defuit inperfectum, & abſq; quæ decuit, exactione emanſit in ſcrinijs. Idque primum. Iacobus, vt patuit, Sardiniam perſonaliter, adijt, Calaritanamq; fundauit Eccleſia: eaq; anteſignana fuiſſe prę omnibus Gentilitatis Eccleſijs, ad Fidem conuerſis, facillimè comprobatur, ex dictis metipſis Hiſpaniorum Scriptorum, qui aduentum S. Iacobi in Hiſpaniam conteſtantur. Si quidē, teſtimonio prædictorū Authorum, a portu Ioppe, venit in Sardiniam; ita Breuiarium Armenium: ita Didacus de Caſtello, & alij: Hinc ſoluit, & Carthaginis Hiſpanię portum acceſſit: ita Breuiarium, Caſtillo, & omnes. Conſtat autem Lucij Dextri, (cuius hiſtoriam amplexi ſunt Hiſpani) teſtimonio, B. Iacobum, ſecum multitudinem Diſcipulorum in Hiſpàniam attuliſſe. Verba hæc ſunt Dextri. *Multos etiam Diſcipulos, præcipuos autem numero XII. more Apoſtolico in Hiſpaniam ſecū portat; ſcilicet Epiſcopos*. Et ceter. vide ſuo loco, vt ſupra anno 37. & confirmat Biuarius in commen. Dextri. Aſt à portu Ioppe cum tribus duntaxat diſcipulis ſolum Apoſtolus, de duobus, nimirum, Euphraſio, & Indaletio, conſtantiſſime aſſerit, & teſtatur Iulianus Archipresbyter S. Iuſtæ, Chroniſta Imperatoris Alphonſi VI. in ſuis Annalibus, anno Chr. 36. referuntq; Biuarius, alijq; Scriptores Hiſpani: de alio, nēpe Athanaſio, idem Auctor ibidem. Vnde ſic: ſi à Ioppe aduenit Sardiniā, à Sardinia Carthaginenſem portum; ſi cum tribus ſolummodo diſcipulis diſceſſit à Ioppe, & Carthaginem cum XII. appulit, vnde quæſo nouem illos eduxit? Non aliunde niſi à Sardinia ſecum tulit. Alioquin aſſignent vnde? Ab inſulis Balearibus? Non conſtat illuc acceſſiſſe. A Corſica? Minus: nullus enim Corſicā attigiſſe ſcriptor meminit. En intentum, Sardiniæ nimirum Eccleſiam primam, & anteſignanam fuiſſe, populi Gentilis ad fidem conuerſi; excluſaq; Hieroſolymitana, & Samariana, quæ omniū primariæ fuerunt, Sardinica fuit prior, antiquiorq; Syracuſana *del Pilar*, cęteriſq; Prouinciarum Eccleſijs Gentiū.

Hinc & illud, Veritatis apprimè germanum, primos Hiſpaniæ Epiſcopos, Sardos fuiſſe.

Hinc & illud conſentaneum rationi, vt quemadmodum Sardinia prima Romani populi prouincia fuit, Pandectis teſtibus, ita, cælo fauente, prima Eccleſia Gentilitatis euaſit.

Arguo me ipſum hic: retractoq; dictum ſuperius, part. 2. fol. 19. column. 2. quòd Apoſtolus Iacobus minimè Gentibus prædicarit, quia nondum Euangelij aperta erat ianua. Erat ſiquidē bipatens ipſa ianua: vt ex Ambroſio, lib. 7 in Lucam, cap. 3 colligitur; & S. Vincentius Ferrerius, Serm. S. Iacobi, aſſerit prædicaſſe Gentilibus, & alij ſcriptores illuſtres. Prædicauit igitur Calari, Iudęis, & Gentibus.

K Carpen-

Carpendus, reijcienduſq; Dextri elucidator Biuarius, qui patriæ ſuæ Hiſpaniȩ amore ductus, Dextri textus extorquet, ad ſenſum, ſuum. Dexter inquit: *multos Diſcipulos, præcipuos autē numero duodecim more Apoſtolico in Hiſpaniam ſecum portat*. Biuarius gloſſat, *in Hiſpaniam, hoc eſt intra Hiſpaniam*. Difficultatem vidit Biuarius, & euadere conatus eſt. Conuictum ſiquidem ſe dignouit, in Hiſpaniam è Sardinia Diſcipulos eduxiſſe, ibiq; conuerſos, a Iudaiſmo, ſeu, à Gentiliſmo, quocirca, *intra Hiſpaniam*, gloſſare cōpulſus eſt. Quaſi dixerit, in Hiſpania conuertit illos, & *intra Hiſpaniam*, ſecum poſtea duxit. Iudicet ſapiens, omni paſſione poſtpoſita.

Cȩterùm; non modò nouem, ſed plures in Sardinia, Diſcipulos peperit; pluresq; inuexit Hiſpaniȩ Sardos, alumnos inquam ſuos, nuper enixus è Fidei gremio, quod & patet Scriptorū Hiſpanorum ex dictis, Dextriq;& Biuarij maximè, dum aiunt: *multos Diſcipulos*, dehinc ſubdunt, *præcipuos autem XII.* Vide mi lector, agnoſce Sardiniȩ dignitatem, eiuſq; Fidei antiquitatis prȩſtantiam.

In Archiuio Calaritano fuit aſſeruatum illuſtriſsimum S. Iacobi monumentum.

VEre Calari prædicauit Apoſtolus; veriſſimè Calarim docuit prius, quàm aliam Sardiniæ vrbē. Suffragatur veritati huic Apoſtolica cōſuetudo, capitalia prius fortalitia expugnare, cōcutere mȩnia, arceſq; prȩcipuas; vt patet de Romana prȩdicatione, pateq; de Areopago, à Paulo è veſtigio, Athenis aggreſſo: lege inſuper Apoſtolorum acta, ibi comperies, Apoſtolos, ſemper, Synagogas celebres, vrbeſq; prȩclaras adire ſuetos. Calaris autem prȩclariſſima ciuitas, (Vrbs ciuium Romanorū) Iudaiſmi, & ſimulachriſmi robur, & neruus erat; de vlla autem Synagoga, niſi de Calaritana nullibi mentio; nullibi fit commemoratio. Illuſtriſſima verò de Calaritana, in Regeſtro Gregorij fides habetur. Hanc in florentiſſimam venit vrbem ſacerrimus Boanerges, Fidem ſeuit, inſtituit clerum fundauit Eccleſiam. Quȩ quidem, vti primaria primitialis, & Primatialis, in ſcrinijs aureis, iniuria temporum ſuperata, memoriam ſui Patroni Iacobi ſeruare ſategit. Diuiniſſimò vates Regius in pſ. 86. *Dominus narrabit in ſcripturis populorū, & Principū horū qui fuerunt in ea*, fatus eloquio.

S. Athanaſius Epiſcopus Syracuſanus Iberiȩ, vnus ex Diſcipulis B. Iacobi, ſcripſit de geſtis ipſius, & inter alia, quȩ de eius refert, magnalia, eſt mirifica ſuſcitatio Petri, qui poſtea prȩfuit Eccleſiæ Bracarenſi, verbis huiuſmodi celebrata. *Ego*, inquit, *noui S. Petrum, primum Bracarēſem Epiſcopum, quē antiquum Prophetam ſuſcitauit S. Iacobus Zebedæi filius, magiſter meus. Hic* (ſcilicet Petrus) *venerat cum duodecim Tribubus, miſsis à Nabuchodonoſor in Hiſpaniam, Hieroſolymis, Duce Nabuzardam, vel Pyrrho Hiſpanorum præfecto. Dictus eſt hic Propheta, Samuel iunior, vel Malachias ſenior propter morum grauitatem, & vultus pulchritudinē Vriæ Prophetæ filius. Factus Epiſcopus multos Iudæorum ad Fidem conuertit, dicens, ſe veniſſe cum illorū maioribus, & tranſmigratis prædicaſſe, obijſſe verò xx. annis poſt aduentum eorum in Hiſpaniam. Hic vir Apoſtolicus, acceptis à S. Iacobo inſtitutionibus Apoſtolicis, Euangelio, & ordine Miſſæ, ac celebratione Sacramentorum, venit Bracaram, Epiſtolas Apoſtolico plenas ſpiritu ſcripſit, ad Eccleſias in quibus Epiſcopos inſtituit, vt Irienſem, Amphilochenſem, Eminienſem, Portuenſem, vbi Sanctum Baſylium condiſcipulum poſuit, qui illi, per martyrium ſublato, ſucceſsit in ſede Bracarenſi: Epitatium in Tudenſi. Iſti viri Diuini, planèq, Apoſtolici, inſtar Apoſtolorum, non in vna ſemper vrbe morabantur, ſed vbi rapiebat illos Spiritus Sanctus ferebantur*. Hæc Athanaſius cōdiſcipulus ipſius S. Petri Ep. Bracaren. à Biuario, comment. ad ann. Chr. 37. commen. 1. fol. 57. relata:

lata: qui, ibidem, à tranſmigrationis XII. Tribuum, ſub Nabuchodonoſor Rege Babyloniæ, ad B. Iacobi vſque tempus, 600. annos fuiſſe computat euolutos. Vnde liquet, B. Petrum Bracarenſem, poſt annos 620. ab interitu, ſuſcitatum. Inuentum autem fuiſſe teſtimonium, hoc Athanaſij Cęſarauguſtani primi Epiſc. in Sardinię reconditū ſcrinijs, teſtatur idem elucidator Lucij Dextri, hac ſerie. *Si qua fides habenda eſt fragmento operum Diui Athanaſij I. Cæſarauguſtanæ Epiſcopi, & eiuſdem Petri ſub diſciplina Sancti Apoſtoli, condiſcipuli, quod ab ſcrinijs cuiuſdam Bibliothecæ Sardiniæ acceptum, per manus Patris Bartholomæi de Oliuanza. Prouincialis Societatis Ieſu, in Inſula Sardiniæ. Typis poſtmodum excudit Diuus Prudentius de Sandoual Epiſcopus Tudenſis, in hiſtoria eiuſdem Eccleſiæ:* Dubitanter Frāciſcus Biuarius, *ſi qua fides*, inquiens, de illa, Calari ſeruata ſcriptura, proceſſit; at poſtea, mente conſulta, ſic reuocauit, affirmans: *Hactenus Athanaſij fragmentum. Cui ſanè multam fidem, adhibendam eſſe conuincit ipſius S Petri ante 1350. annos ſcripta, B. Caledonio, Epiſcopo pariter Bracarenſi qui obijt anno Domini 260. vbi refert quidquid S. Athanaſius dixit; vti ea de re perhibet irrefragabile teſtimonium Hugo Portugalenſis Epiſcopus in Epiſtola à nobis ſuperiùs, inter elogia Authoris allata.*

Fragmenti huiuſce, in Bibliotheca Sardinię cuſtoditi, mentio reperitur in Ms. codice Roſſellonenſi, ad cuius dominium deuoluta fuit, illius Bibliothecę præcipua pars, quæ olim Antonij Parragueſij de Caſtilegio, Archiepiſ. Calaritani, Bibliothecæ fuit annexa, cum antea Petrus Epiſcopus Sulcitanus habuerit penes ſe. Hinc res vera maximè, Bibliothecam, in qua repertum eſt huiuſcemodi monumētum S. Athanaſij Cæſarauguſtani Epiſcopi, Calari, à Tyrannorum incendijs incolumem præſeruatam, fuiſſe vti legitima ipſius Apoſtoli filia, diuinitus cuſtoditam: ne tam celebris, & inſignis miraculi memoria poſteris eſſet extincta. Vide igitur pie mi lector, B. Apoſtoli aduentus, atq; magiſterij, in Calaritana ciuitate veſtigium ſingulare. Arrigito mentis aures, quod Hiſpania prorſus amiſerat, Sardinia reddidit; quod illa tenuit, hæc ſeruauit.

Additio ad ann. Chr. 61.

Reuoco dictum illud, fol. 34. colum. 1. lin. 28. part. 2. vbi Didaco Pinto, in eo de Portu Romano, Longoſardo, manus dedi: inconſultò næ. Quia nullus ex antiquis, neotericiſq; ſcriptoribus, præter Pinto Longoſardo, Portum Romanum appellauit; ſiquidem nunquam talis habitus eſt; neq;, oculo, & experientia comprobante, portus ille Roman directiuus, diameterq; eſt, ſed auius, penituſq; ex æquo non ſoluens. Portus Romanus in Sardinia duplex fuit. Vnus qui Septemptrionem versùs, & hic Fauſianæ, nunc Terra noua, alter quì Auſtrum versùs, & hic ſemper Calaritanus fuit, vt ex Titoliuio, alijſq; ſcriptoribus conſtat. Neq, vllus ex vllis, Romanarum ſcriptoribus claſſium, ſeptemptrionales tenuiſſe aliquando oras, innuit, niſi Auſtrales Calaritanas. Sed neq; Iulius Cæſar, vt ſupra oſtenſum, Arton attigit, petens Affricam; nec tandem, Roma ſi ſolueris, recto tramite longoſardum Calaritanum potiùs littus appelles. Marte ſuopte igitur locutus eſt ille, qui Taphrenſem oram, Romanam, abſque vlla ratione, & fundamento vocauit.

Quoad nomenclaturam illius loci, vulgò *Loguſantu*, Pinto toto errat cęlo, dum propter Apoſtolorum ibi factam prędicationem, aſſerit inſtitutā. Si quidem codex vetuſtisſimus ipſius loci, quem perlegi, & propria manu tranſcripſi, contra Pinto pugnat, dum locus ille tempore quo fratres illi, duo Frāciſcani, à B. Virgine, ab vrbe Hieroſolyma illuc ablegati ſunt, (vt ibi con-

conſtruerent prout conſtruxere, Eccleſias illas tres, S. Mariæ: S. Nicolao, & S. Trano, quo etiam loco conuenticulum condiderunt, vt hactenus extant in Sancto Trano veſtigia) nō quidem locus Sanctus, ſed *Soprano*, appellabatur: impoſitumq; ſibi fuit, poſt ędificium Eccleſiarum, corporumq; eorū Sanctorum, nomen locus Sanctus. En codex ille, à ſuo originali fideliter sūptus, exemplum.

Condago, ſeu codex vetuſtiſſimus de logu Santu. translatus à ſuo originali.

REuerendiſſimis, ac Reuerendis in Chriſto Patribus & Dominis Callaritanenſi, Turritanenſi, & Arborenſi Archiepiſcopis, eorumq; & cuiuslibet ipſorum ſuffraganeis Epiſcopis in Chriſto Fratribus, nec non vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, ad quos: & ceter. Ludouicus Gonſales Dei, & Apoſtolica Sedis gratia, Caſtri Iaunenſis, Ampurienſis, & Ciuitatēſis Epiſcopus, ſalutem in Domino, qui eſt ſalus omnium ſempiterna, & proſperitatis incremētum. Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina Cœlorum, Virgo Dei Genitrix Glorioſa. Et ceter. *Cum itaq; Eccleſia, Sancta Maria de Logu Santu nuncupata, cum duabus alijs Eccleſijs Sancti Nicolai, & Sancti Trani, ipſi propinquis, & annexis, in quibus dictorum Sanctorum, Nicolai, & Trani, aliorumq; Sanctorum Eremitarum corpora ſepulta iacent, & depoſita, ſicut per reuelationem diuinam; datā duobus fratribus ordinis Sancti Franciſci, in Sancta ciuitate Hieruſalem, & in Eccleſia, Sancti Ioannis Baptiſta, quemadmodū in Condaginis dictarum Eccleſiarum antiquis comperimus, Chriſtianis innotuit, ſit inter alias eiuſdem Sanctiſſima Virginis Eccleſias, & Baſylicas veneranda: cum fuerint tres ipſa Eccleſia verbo, mandatoq; diuino, vt in dictis Condaginis legitur, per iam dictos fratres conſtructa, & ædificata.* Et ceter. quæ ſubdit. *Dat. Saſſari, anno Domini 1519. Pontificat. Leonis X. anno ſexto . . . . Notario Imperiali. examinatis teſtibus, dato ſibi territorio, à Reuerendiſſimo Don Ioanne Sanna: Archiep. Turritano.* Et cetera, quæ latinis verbis exarata Notarius celebrauit, reddiditq; fidelia. Series autem codicis, Sardoa lingua ſe gerit; quę in latinam, ob idiomatis inſerendi, indecentiſſimam obſcuritatem (vti ſat priſci) verſa, procedit hoc modo. *Et pro quanto nos Epiſcopus præfatus, inuenimus per condaginem, & per vnam ſcripturam antiquam, & per publicam famam etiam, noſtrorum ſubditorum Diœceſanorum, Diœceſis Ciuitatenſis, ſeu de Terranoua, qui omnes affirmant ſe audiuiſſe ita à ſuis maioribus, quemadmodum & ipſi audiuerant ab illis alijs antiquis, ſuis prædeceſſoribus, à patribus in filios, vſque ad noſtram præſentem ætatem, quòd cum iſti duo fratres eſſent in Sancta ciuitate Hieruſalem, & in Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſta ad quam iuerant, ad viſitandum Sāctum Domini Sepulchrū, & cum deliberaſſent redire in Italiam, vnde erant naturales, poſtquam ſuas deuotiones, in viſitatione S. Sepulchri & Sanctarū Eccleſiarum, ædificatarum in illis partibus in honorem Sanctiſs. Noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, eiuſq; Sanctorum, apparuit eis Glorioſa Virgo Maria, & iuſſit eos reuerti in pace, promittens eis dare in itinere ſaluitatem; & vt irent in inſulam Sardinia . . . . & in quadam Sylua magna, quæ eſt in loco vocato Caboſoprano, ipſius inſulæ, vbi iacebant ſepulta dicta Sancta corpora à quodam Sancto viro, in eodē loco vbi egerant Sāctam vitam annis multis, cum multis alijs Sanctis Eremitis, in dicta ſylua defunctis: & quòd ibi habitaſſent, dicti Fratres, & facerent tres Eccleſias: vnam in honorem, & laudem ſuam dicta B. Virginis: alteram Sancto Nicolao: & tertiam dicto Sancto Trano. Dictis iſtis rebus Glorioſa Virgo Maria diſparuit à dictis Fratribus . . . . Audientes eius mandatum venerunt in hanc inſulam Sardinia, & percontantes, & inquirentes de dicto Caboſoprano, inuenerunt dictam ſyluam, & locum vbi erant ſepultura dictorum Sanctorum; & ibi fecerunt ſuas habitationes vbi cum alijs Fratribus ducebant Sanctam vitam euntes per totam inſulam,*

Antiquus codex loco ſancto.

petendo

petendi eleemoſynas, quarum ſuffragio conſtruxerunt dictas tres Eccleſias, quę vſque ad præſentem diem ſtant in pede: Et ab illo tempore in poſterum vocata eſt illa ſylua Locus Sanctus. Et cetera.

Nota

Et quid ergo Pinto locus ille dictus Sanctus, ob Apoſtolorum prædicationem? ceſſent ſomnia; Aſt id velim penſes, candide mi lector, primum Conuentum Franciſcanum, fuiſſe illũ, ad rupem Sancti Trani, ab ipſis Sanctis Fratribus conſtructum, circa annũ Domini 1218. Sedente Honorio III. interq; mortales agẽte Seraphico Patriarcha noſtro Franciſco. Quod obiter aduertam fas eſt, erratum eſſe tempus Honorij, dum ipſe codex, calami offendiculo manifeſto, ſecundum pro Tertio, Honorium memorat. Nullo ſiquidem pacto Secundus Honorius eſſe potuit, floruit enim Pontifex iſte, per annos 1124. nec tunc erant Franciſcani Fratres, in rerum natura. Corrigendus eſt itaq; codex ille, quoad hoc tempus Honorij II. fuit enim Honorius Tertius; qui teſte eodem monumento (in vetuſtiſſimo pergameno exarato) Fratribus ijſdem, apparente eidem Pontifici B. Virgine, præcepit, vt diligentiſſimè, tanę maieſtatis Imperium, exequentes, in Sardiniam ſe conferrent, prout citiùs contulere ſe læti.

Fuerunt conſecratæ Eccleſiæ illæ tres, vnà cum altari decumano, Parochialis (nunc Collegialis) Eccleſiæ Templi Gallurenſis de Geminis, vt in Archiuio euiſce Eccleſiæ reperi, membranulam peruetuſtam ſic ſe habentẽ. *Ego Chriſtophorus de Bagella, Epiſcopus Salubrienſis conſecraui Altare maius in honorem Sancti Petri; & reliquias Beatorum Sancti Nicolai Confeſſoris, & Sancti Trani Martyris in eo incluſi, anno 1219. die XXV. menſis Nouembris.* Vidi ego illam ſacerrimam S. Trani rupem, Eccleſiam, & Fratrum ibi conſtructi Monachij murorum veſtigia per circuitum. Locum inquam vere Sanctum, Sanctitatemq; vndiq; redolentem, ad cæleſtia protinus inuitantem. Ibi meũ, anno 1636. diebus aliquot Spiritum refocillaui, Cyrnæis ereptos ab vndis, & in laudem Beatorum Anachoritarum illorum, locique illius Angelicum Tempe, verſiculos iſtos cecini. Sub rupe Sacrata B. Trani exiſtens.

Eccleſiæ Tẽpienſis conſecratio.

Authoris carmen ad locum Sanctum.

Salue Sancte locus, ſalue Sanctiſſime locus;
Salue Sancta parens, iterumq; iterumq; Penates,
Concordes Fratres, iterum ſaluete gemelli,
Quos gremio Virgo peperit Thebana, columbas
Illa duas, & amoris aquas Hammona, volanteis,
Ac Dodonaam, referant oracula, ſylum;
Tendere non vetuit. Prouexit ad Aſtra Beatas
Sacroſanctus amor, ſtelas, & ſydera Cæli
Bina dedit, maris alma vadis, nautiſque benigna
Tempeſtate, Noto, nimboſa, atraq; furente
Nocte vagis, mundi per amara pericula vectis,
Quàm ſtrinxit brumale gelu! Quàm frigus, & horror
Contriſtauit hyems! Quàm ſaui membra Decembres
Imbribus infeſtis! Quàm Iano algoribus hornis
Quando barba riget, candentia culmina pompam
Oſtentant, quatiunt horrenda tonitura montes,
Et findunt rupes, & ſcindunt fulmina turres.
Qua mala perpeſſi, quando canis ignea terras.
Vrit, & exhauſtas fauces per compita torquet!
Duraſtis! Tepida glacies, vobiſq; fuere
Cauma refrigerium: dumeta, roſaria lata
Plumea dura ſilex, et mollis culcitra pumex.
Saluetote viri magni, ſaluete Beati
Pelliti Heroes, anaglipha ingentia Templi;
Syluicola Proceres, Ichnuſæ gloria matris.

Sardiniæ flores, & Lilia Sandaliotis.
Gaude Sancte locus, gaudete Liana Soprani
Verticis alma iuga, orphæos audire ſupernos
Cælituum cantare choros, & digna videre
Tranantem Cælos Tranum (quem talis euantem
Quali dignus erat cum palma, & mole triũphi
Vexit honos) patremq; pium, Sanctumq; magiſtrum,
Vernantem Nicolaum Aſtris, exercitus alis
Fulgidus aſſumptum, quem luminis intulit Arci.
Ecce locus ſedeſq; halantes thure vaporo.
Hic paſuere artus laſſos, iacuere ſub antro
Membra ſuper ſaxum; hic ſeſe noctuq; diuq;
Libauere Deo, mundo, vaniſq; ſepultos
Quàm latuere ſolo, tam patuere Polo:
Quàm ſiluere tono, tam tonuere throno:
Quàm iacuere thoro, tam ſubiere choro:
Quàm coluere ſpecus, tam meruere decus:
Quàm coluere lias, tam tenuere vias:
Quàm docuere Trias, tam ſapuere chrias.

Aliud eiuſdem Authoris ad eundem locum Sanctum carmen.

Alma parens Diuûm ſalue Sanctiſſima tellus,
Sylua ſilentis amor turba, nemus vndiq; Sanctum,
Luſtra Melotarum ſacrata cubilia Diuûm
Firmamentum ingens, conuexa, & concaua moles
Lampades Eccleſiæ pulcherrima lumina mundi
Fixa tenens immota loco, re & nomine ſeruans.
En vos ò ciues & Sanctum culmen adoro,
En Sacroſancto prægnantem Numine montem
Corde ſaluto locum Sãctum nemus amphiq; Sanctum.
Antra ſalutiferi, monumenta inſignia cultus
Muſæũ Angelicũ, Seraphinaq; Regia ſaltu,
Sanctificata domus Libani, Carmelia floris
Perpetuò Cælo vernans, in vertice Sancto,
Nitria tota Deo, quà Cæli gratia rorat,
Fata referta iuga Aligeris cãtoribus altùm
Pangere dulce melos, ſuſpiria ad æthera flammis:
Mitter armatis, pulſareq; ſydera votis
Sopranæ Diua cantus, moduloſq; ſupernos
Ingeminare licet, Sacrati Numina montis,
Vt pandant Sanctum carmen, ſpirentq; ſub auras
Ambroſios fumos, & vitæ pocula carpant
Caſtalides, Geminina choors & ſocio fauſta
Dulcis amor noſter, chorus illuſtriſſimus, ordo
Lauriger, exitio ſubſit nulliq; ruinæ,
Libethræa chorea pedem ferat Olbia noſtra,
Iam dudũ viſenda mihi, nunc viſa libenter,
Et nemus, & valles, vbi cæli gloria ſtillat:
Nectar olet: ſpirant auræ, ſuſpirat ab alto
Aſpirantis amor penetrali ſedis Ieſu.
Qui ſtrauit mortem Crucis omnipotentibus armis,
Qui Crucis, & claui: claui reſerauit Olympum
Qui ſyluas Hedenæ, Aprùm ſtabula horrida terris
Reddidit Empyreos altos, virtutis amœnos.

Inuidia obliuioni mandauit Fratrum Minorum gloriam, qui locum Sanctum ædificarunt.

His quoq; littoribus noſtris Verneia mater
Aeternam famam exoriens, laudemq; dediſti,
Et non ſeruat opus nec Auitis gloria nomẽ,
Ingeminas Geminis emiſſa prole gemella,
Sed gaudent Gemini Geminis, Templiſq; alienis
Agglomerant gẽtes palmis, marſupia ſudant,
Vndiq; hirudo fluit, noſtrorũ gloria lethes
Sub lymphis ignota iacet. Mirabile pandit
Iſte miniſterium Franciſci, qui tria templa
Virginis erexit primum venerabile laudi,
Montibus Aſſiſij. Sanctis at bina duobus.
Ecce hic iam tria templa ſtruunt pietatis alumni
Franciſci, primum Reginæ ex ordine, cæli,
Altera bina lao Nico, Tranoq ſacella
Atre pio condunt, atq; aram rupe ſub alta.
Argumento ſæ ſtipant aluearia circum
Religionis apes; opus vndiq; nobile feruet.

At

At quid opis? Gaudent alieni, ingrataq; ſemper
Vota augent, laribuſq; ſuis pepulere Minores.
Fauſta dies veniet, quæ nobis reddat honores, reſtituatq; domum.
Nec doleo interea, mihi nam cinereſcit amictus,
Et cinis à vento leuis eſt à vertice verri.
Sufficit. Ecquis erit locus, & quæ ſole ſub orto,
Quæq; ſub occidui tellus non ſacra tuorum
Greſſibus, Aſsiſiana parens? Non plena laboris
Quæ regio in terris? Quæ vallis, quæ iuga, qui mons
Non expertus equos efflantes faucibus ignes
Inflammantis agros Phaetontis, & æquora curru
Seraphico? Nulli veniant in præmia famæ.
Surripiant nulli tanta ſpiracula flammæ.

Additio ad Eglog. fol. 130. 1. partis lin. 14.

SAnctus Potitus Calaritanus, paſſus eſt ſub Gelaſio Prçſide, imperante Antonino Pio, non in Apulia Italię, ſed in Pula Sardinię, vbi celleberrima vrbs Noræ, ſita erat. Error igitur eorum qui in Apulia paſſum eſſe autumant, corrigitur, à vetuſtiſſimo, eius hiſtoriæ codice, & à Martyrologio quod in Sardinia recitat eius Martyrium. Ibidem in Pula, S. Ephyſius Martyrij palmam aſſequutus eſt: ibiq; vbi paſſi ſunt ij Martyres, ſepulti fuere eorumq; Sanctiſſima corpora tranſlata fuere à Piſanis, anno ſalutis noſtræ 1088. Impoſita naui ſunt in littore Nurræ Turritanę, terreſtri vectura à Pula Deportata. Vnde inconſultò inficias iuimus, Nurræ nomine, nõ illam Turritanam, ſed Noram Calaritanam intelligi. Eſt enim tractus Nurranus Turribus Nora verò Pulæ.

Finis, ęris fine.

Laus Deo Opt. Max. pax, & vnio Principibus Catholicis.
Omnia ſubdo, S. R. Eccleſiæ pedibus.

DE ERRATIS.

Subtrahere Alcidi clauam, ſeu carmen Homero,
tela Ioui poteris, menda typographia?

Errata in Apparatu.

Pagina	Columna	*Linea*		
2	2	33	rendente	redeunte
5	1	vlt.	ſubigitur	ſubijcitur
5	2	23	quam eam quam	quanquam eam
5	2	35	notas	notis
6	2	40	Domini	Dominus
7	2	44	Agyptus	Aegyptus
9	2	47	diducit	Deducit
10	1	8	iua	Lua
10	1	44	Thunnariæ	Thynnariç
10	2	32	aliquot	de aliquot
11	2	12	circumfua	circumflua
13	1	19	lo gueſſos	los gueſſos
14	2	18	ſtici	Sitci
17	1	38	portus Romanus	portus Olbianus
18	1	38	Tempiu	dic Padria
18	1	53	Silicua	dic Marceddi Naboli
18	2	1	Cornum	Corru Maſtinn
18	2	36	Olbia	in longoſardo, Terra de Catalanis
19	1	1	Leſitanæ	Apud Algucrium ſunt
19	1	3	Neapolitanæ	Apud Marceddij ſunc
19	1	31	Domus nouas	Sygerri olim fuit ibi
19	2	4	Valentini	in Parte Alenza erant
20	2	45	monimenta	monumenta
21	1	35	Archipresbyteratus	Fuit Eccleſia Calagonis S. Iuſta
21	1	51	Mater Hilarij,	Calaris, non Maræ naturalis.
22	1	1	ſuffrag. Calaritani	Arborenſis
2	1	13	Suffragantes	dic Conſuffraganei Arboren.
22	2	1	à tempore Apoſtol.	Non à tempore Apoſtolorũ
23	1	30	afferunt	eſſerunt
23	2	1	olbia	à multis dicta.
23	2	10	monimenta	monumenta
23	2	33	Archiep. Arbor.	expunge illud.
23	2	50	Mareponti	dic Cediana
25	1	26	gibus	legibus
28	1	41	Corte	Conte
28	2	8	Lito Preche	eſt ora Caputerræ la Madalena
28	2	28	Laſſari	Saſſari.
31	1	19	Spelunca S. Antiochi	retracta, quòd Oſſa illa nô

Gentilium, ſed Sanctorum Chriſtianorum ſunt ibi Sepultorum, vti tunc temporis Sacro Fidelium cæmeterio.

Errata, in Par. 1. *Annal.*

Pagina	Columna	*Linea*		
39	2	46	Florentiam	florentiam
40	2	19	potentia	potentia
41	2	2	monimenta	monumenta
41	2	40	monimeutum	monumentum

44 1 25 conſidit conſedit
44 1 25 Alguerio potiùs quàm Templo Gallu-
renſi de Geminis; potiùs quàm Patriæ, vulgò Padriæ; niſi velimus, & Patriæ, & Algueriј
phanum, vtriq; ſuum Sardi eiuſdem fuiſſe conſtructum; illudq; Alguerenſe, ſeù Læſitanum
fuiſſe præcipuum, vt maiori, tutioriq; fidei conſignamus, aſſerrimus. Nec obſtat Algue-
rium vrbem videri modernam, fuit etenim quondam & ipſa vrbs, quæ bellis eruta Læſia,
ſeù Sardopatiris, reſtituta ſtructuris euaſit Alguerium.

44 2 13 Aſtæo Ariſtæo
46 2 8 Iolaum autem hunc Potuit equidem Æquiuoca-
tionis interuentu, Iolaos confundit Scriptor exterrimus; quam ob rem nos inconſultò fir-
mauimus, non hunc illum, qui Theſpios fratres aduexit, fuiſſe Iolaum. At nunc meliùs
fixa mente, Iolaum Ariſtæi filium, (hunc) Principes Theſpiades aduectaſſe, gymnaſia con-
didiſſe, eaq; Iphicliadi perperam attributa, mirifica in Sardinia perpetraſſe; Vnde nobis
vtriq; Sacroſanctum, Calaritanum Iolaum, regni Proregibus habena credita, Græciam
adiiſſe, indeq; ad ſui Principatus, Regniq; decorem, ornamentum, & incrementum, Theſ-
piadum illam ſecum adduxiſſe celeberrimam maieſtatem. Stet ſic verum.

47 1 11 penetranto penetratu.
51 1 49 vrbem versùs vrbem ſulcis versùs.
52 2 44 typo titulus offuſcatus eſt. Lege lucidus, ſic. Ca-
laris vrbis celebritas, atq; dignitas.
53 1 18 metropolis inſula metrop. inſulæ.
53 1 18 metropolis inſula metrop. inſulæ.
53 1 vlt. Reſtauratio Reſtauratrix.
54 1 44 exilia exili.
54 1 47 ſua res loco ſuo res loco
54 2 11 primo giudicato logodoro. Hic Landinus tria
commiſit, hiſtorica veritate ſuapte ſatis extorria. Primum nihil apprimè viſum confer-
re piaculi: non enim Calaritanæ Prouinciæ præminentiæ dignitatem, ſed loci poſitio-
nem, & ſitum attendens, locum Oriæ prætulit; vti Liguriæ (in qua tunc erat ſcribens, vt
patet in eius actis, & dictis) atq; Hetruriæ regionibus frontalibus aduerſum, & vicinio-
rem. Vnde ſcribebat, inde diametrum iter ſumpſit: non idcirco penitus in cuſamus.
Secundum verò, pugnam in ſeſe apertè indicat. Si quidem, ipſe aurum materiale,
(quia *luogo d'oro*) antiquitati, & nobilitati Calaritanę prælibat, & præfert; *il ſecondo*, (ait)
Cagliari nobile, & antica. Et quid ergo præhabitum aurum? Nunquid ſoli fertilitas,
nobilitati, & antiquitati pręferenda? Pugnauit ſecum ipſo; dum talis ac tanta celeberi-
tas prætioſa, & generoſa, terræ rubeæ, auro ſcilicet, penes illum, irrationabiliter, atq; ini-
quo iure poſtponitur. Tertium, Landini manifeſtat inſcitiam, cæteri quidam, parumq;
in re hiſtorica, verſati (pręſertim Sardoa) Scriptoris. Diſcere priùs, ac ſcire operę pre-
tium erat, Logodorium, non ab auro, vt ipſe ſomniauit, ſed à nobiliſſimis de Oria, olim
partis præcipuæ illius prouinciæ Dominis, vt ad noſtros vſque dies. *Caſtel d'Oria*, caſtrũ,
& regio perſeuerat, edictum. Ecce Landini Lances obuerſæ.

54 2 17 Metropoles Turritana. *Et Arborenſis, ſub qua
Sancta, Iuſta, & Ciuitatenſis: tertia Calaris.* Ita Volterranus, ſibi nec ipſe Gabriel For-
tis, neq; Raphael medicus. Non enim hac ſerie conſtans rectitudine veritatis; minus
vulneris vlcerati, (antiquę nimirùm Volterrarę ditionis offenſę, diſplicentia,) inflicti
curam nactus, oſtenditur. Cruce alta Volterris Antiſtes Primas incedat, Calaritana
Metropolis immeritò, à Volterrano vindice carpitur; Quid reatus? Piſanam attendat;
Calaritana non Volaterræ, ſed Sardiniæ Primatialis Eccleſia vexillum vbiq; Regale ſub-
limat. Abſonum, quin & mendum Raphael, in eo, quo vanet, oſtendit elogio; Enim
verò, nunquam Ciuitatenſis, quæ Fauſinæ Eccleſia eſt, ſub Arborenſe fuit. Ecquis tale
vnquam audij? Fuit equidem teſte Fara, aliquando Calaritanę ſuffraganea, deinde
Turritanæ, vt nunc etiam eſt, Arborenſis autem nequicquam vnquam. Ecce qui tor-
tam lancem mendosè dimenſus Raphael, tractat, aſſipondia cuncta ſubuertit, euoluit.
Si Calaritanam ſecundo ſaltem loco locaſſet, ſui aliquantis per animi ægritudinem ſubor-
naret; at quia tertio eam memorat, meridiana luce clarior eius paſſio cunctis innotuit.
Quando enim Calaris poſt Arboream? Tantum efficit prauus animus? tantum audet
mens olłæua? Volterrani ocymo iſthoc farrago num peior? Aſt eò quid rei? Volterrani
vnius aſterium, Calaritanæ Eccleſiæ dignitatem forſitan minuit, deprimit? Habet ipſa
Pontificum, auctoritate Summorum, Sardinię, & Corſicæ iure Primatum, parum, quin

etiam nihil, obeſt, à Volterrano vno gradum vltimum, Decumanæ Metropoli Calaritanæ primariç aſſignari.

56	2	50	Is eſt Hercules	tanquam ſuperfluum expunge; quodq; inferius ſequitur legito.
57	2	10	Hemiſpherum	Hemiſpherium
59	1	17	cumq;	cumq;
59	1	17	inxta	iuxta.
59	2	7	yrarjus	Syrarjus
60	1	33	adpuliſſe	appuliſſe
60	2	8	Coſſu.	Bene, ſtat coſſu; ſed corrigi-

tur eſſe Corſos, dempto. r. Coſſi enim, proculdubio Romani ſunt, eorum inquam rumpi. Coſſos apud Titum Liuium, ſæpe, in Romanis ſæpius faſtibus habes. Corſi itaq; non ſunt Coſſi. Illos verò 12. oppida cõſtruxiſſe in Sardinia Plinius meminit. Corſorum idioma Tempium, & contermina regio; ad Saſſaritanam vſq; vrbem, loquitur. Vnde non quidem vere Sardoum, ſed Cyrnæum eſt illis peculiare colloquium. Saſſaritani multi, Corſicani ſunt, à Corſica oriundi, vt Vico, Montanatio, Baſtelga, Ornano, & cęter. ibi genus alia.

61	2	39	nec	ſuperfluũ eſt, & expungendũ.
62	1	50	Simplicius autem.	Typographus incuria ſe hoc

loco habuit valde diſtracta, debebat enim non curſiuo, ſed rotundo caractere, non relatum Ariſtotelem, ſed referentem Authorem nos aſſignare. Curſiua litura illa, ſenſum confudit; Lector aduertat; ab illis verbis *Simplicius autem*, vſque ad vltimam lineam literæ curſiuæ, quę *Athinienſibus acciderat*, explicite, Auctorem loqui, non quidem Ariſtotelem, qui à verbo, *Siculi*, vſque ad, *experrecti*, fatus refertur.

62	2	8	monumenta	monimenta
62	1	53	vniuerſum orbem	per vniuerſum orbem.
66	1	27	quòd	quòd.
69	1	43	erpente	ſerpente.
73	2	19	Ly ib	Ly ibi.
78	2	48	Sardinię	Sardinia.
79	1	27	aſtus	aſtu.
79	2	51	penſait	penſanit.
80	1	21	monimentum	monumentum.
80	1	25	Martij	Martijs.
82	2	43	extruhunt	extruunt.
88	1	2	monimenta	monumenta.
85	2	7	Rędificauere	Reędificauere.
84	2	36	*Sibiq; ſi ita videretur ex nouis Prætoribus Succeſſorem mitterentur.* Errata repetitio eſt; tollendaq; prorſus; quia quod ſequitur, idem eſt, *ſibiq; ſi ita videretur*.	
86	1	25	tatis	ratis.
86	1	45	Florentiſſima	florentiſſima.
99	1	27	ignaria	ligniaria
99	2	3	frongia	ſrongia.
101	1	25	menomena ori	menomenios
101	2	45	ſtadi	ſtat
101	2	46	Tibarius	Tiberius
102	2	20	manu	manum
105	2	52	marre	marte.
114	1	2	Ly reuerſus	erit diſtincto caractere.
114	1	43	fatu	fatur

In

Extant erratu'a quoq; alia, quæ poterit lector aduertere, vt ſequentia ſcilicet; minus obſtantia.

Pagina		
7	impreſentiarum	impreſentiarum.
8	emulatione	æmulatione
8	cignos	cygnos
10	conſiterint	conſtiterint
14	ſeptamptrionem	ſeptemptrionem.
21	mulieribuus	mulieribus.
22	ſupeſtitem	ſuperſtitem
24	prorex	Prorex.
26	Sardiniç	Sardinia
31	domiai	domini
35	denomiuationem	denominationem
44	elittur	elicitur
45	Speſtatæ	Spectatæ
46	nealogia	genealogia
57	boniarum	bonarum
69	marte	Marte
69	Aefricam	Africam
70	impriuiſo	improuiſo
72	Syracuſſis	Syracuſis
74	Aegades	Aegates
75	nquit	inquit.
75	Carthagiaenſes	Carthaginenſes
76	incentium	incendium
76	linſula	inſula
77	ia	in
80	Sardinia	Sardinia.
81	Serdiuia	Sardinia
81	eueterunt	euenerunt.
83	acra	Sacra
83	Romanana	Romanæ
86	perſerauit	perſeuerauit
86	liuio	Liuio
87	cunfugit	confugit.
87	mago	Mago
88	Carthanenſes	Carthaginenſes
90	Srrinia	Sardinia

Pagina		
91	Carthagineuſium	Carthaginenſium.
92	nanes	naues
92	Łentuli	Lentuli
95	hoe	hoc
97	Albinur	Albinus
99	nullacenus	nullatenus
100	ſiu	ſit.
101	Tiberis	Tiberius
102	beru	verum
102	apparit	apparet
103	rrpererat	repererat
104	viſtor	victor.
104	iterim	interim.
105	Sorlitus	Sortitus.
105	obucnerat	obuenerat.
105	iluſfribus	illuſtribus
105	miſſiſe	miſiſſe.
106	introuit	introiuit
106	ſeruulu	ſeruulus
108	Septentrionem	Septemptrionem.
108	nobil.ſſimis	nobiliſſimis
109	dixiſſent	dixiſſet.
110	ciuiratibus	ciuitatibus
112	clartuſſimi	clariſſimi.
114	fatui	fatur.
114	cælebritas	celebritas
115	conterunt	conferunt
115	Soſietatem	Societatem.
117	Luogghi	luoghi
117	ſtrucneras	ſtructuras
117	prouincis	prouincijs
117	aquæſtus	aquæductus.
118	Auſtus.	Auguſtus
118	Donnſius	Dionyſius.
118	eis	eius.
119	Septentrione	Septemptrione.

Errata in Egloga 1.

Adnertendum, quòd Eglogæ iſtæ dialogales, inter Archiepiſcopum Calaritanum Macinum, & Authorem, olim in Rethorica competentes (Archiepiſcopus ſub Titiri, Author verò ſub Melibei nomine colloquuntur) percurrunt. Author gaudet, & congratulatur ſorte illius; qui, dante Deo, ad faſtigium tantę dignitatis euectus, aſſumptuſq; eſt; Et cętera, quę curſim, de rebus patriæ.

Pagina	Linea		
121	12	dedi	dedit.
122	3	Amphitryonadi	Amphitryoniadi
123	20	Piroporum	Pyroporum
124	26	Venere	ueuere.

In Egloga 2.

Pagina	*Linea*		
125	26	diſpoſuit fera	diſpoſuit magnam fera. etc.
128	2	Norę.	En hic habes exploratum, ſatiſq; ſuperq; elogium Sacroſanctum, Potitum, Calaritanum, & Ephyſum Danaum, (& fortè Sardum, in ciuitate Græcorum Sardiniæ natum) ab vrbis antiquæ Moræ templò prouectos, nauiq; Piſas à Piſanis aduectos.
128	3	prouintię	prouinciæ.
128	7	tumbas.	Innuitur Piſanos alia multa Sanctorum corpora, à Sardinia tranſtuliſſe.
129	vlt.	Eoyſus	Ephyſus
130	in margine	Turritana.	correctè dic, Turritana non eſt prouincia Calaris
130	16	dixere priores.	dixere priores?
130	17	recens patet.	recens patet?
130	24	Gazarum	gazarum.
132	3	repire.	rediere.
133	7	Archiuio	tolle ſuper fluum
133	8	querulum.	querulum.

In Egloga 3.

Pagina	*Linea*		
134	40	rubeſcen	rubeſcent.
135	31	belus.	Sardo; verſus latinè
135	38	mancoſas	Sardoum vocabulum, i. fiſtulas arundineas Launeddas.
135	32	Nicola	Sardo; Nicolaus, ſcilicet
136	4	aura.	auras
137	11	geſtire per	Trunco verſui adde, *atria lat.*
137	23	Oico	Orco
140	4	fand	fando
141	8	vellius	vellus.

In Egloga 4.

Pagina	*Linea*		
143	23	velate	velatę.
143	25	bitulas	vitulas
144	12	Orio	Orto
144	16	Calagona	Calagonis
145	3	Iluis	Iluis
145	4	Saluum	Salum
145	9	Crypte	cryptę
145	24	iuuente	iuuentis
145	*exortar*, in margine		exotat
145	26	paſqua	paſcua
146	20	Capitalia	Capitolia.
147	11	tinctura	tincturam
147	22	oliua	oliuæ
147	26	omnes	omne
147	27	Iuna	Luna
149	4	Elyrem	elyrem.
150	9	prætioſus	pretioſus
150	26	Quartilius	Quartiſlus
152	3	ingenieis	ingenteis

151	7	Sardo	Sardoo
151	19	Sty/ailoſq;	Stryſa
151	22	vectat magis omnis ab illa	dic: vehit omnis ab illa
151	25	Sorium	Sorſum
151	40	Spliam	Spiram
152	9	mole refers, quanti piſcaria tellus quanta: quanti piſcaria tellus.	dic: mole refers
152	18	Sardos	Sardoos.
152	42	rictus	ſætus.

Errata in 2. Parte ſic corriges.

Pagina	Golumna	*Linea*		
1	2	36	raidos	radios
2	1	15	trinitatem	Trinitatem
2	1	43	ſelis	ſolis
2	1	54	prætioſum	pretioſum
2	2	3	tanteq;	tantęq;
2	2	48	Bethelehem	Bethlehem

Hic obiter nota, quòd inter alia multa prodigia quæ Sacratiſſimi noctè Natalis, in Sardinia quoq; acciderunt, fuit repentinus tremor Capitolij; quo cum ſimul, fulmen, cælitus magno fragore, contortum, pedes Iouis ſtatuę concuſſit, eam proſtrauit in faciem, vt in Bibliotheca Roſſellonica legitur, vt ego biſce met legi. Habetur in Collegio Patrum Ieſuitarum Calaritano.

3	1	1	euum	æuum
3	1	12	primiores	primores
3	2	8	forebat	florebat
4	2	13	modi	modij
4	2	14	venderetur	venderentur
4	2	43	Bethelehemitici	Bethlehemitici.
4	2	45	mirendorum	mirandorum.
5	2	vltim.	vetonius.	Suetonius.
6	2	18	diſcendendum	diſceden.
6	2	21	i	ij
6	2	45	ſuperſtitio.	ſuperſtitione.
7	1	4	inerendi	credendi
7	1	28	Sy ianenſem	Synaenſem
7	2	18	diſcendendum	diſcedendum
8	2	43	dgens	agens
9	2	46	expeditiuus	expeditiùs
10	2	29	præſtates	præſtantes
10	2	33	accinctum	accincti
11	7	36	exlorauimus	explorauimus
12	1	17	uillę nouę	Villæ nouę
12	1	20	cui ni congrua	cui non incongrua
12	1	23	adamuſim	adamuſſim
12	1	31	vndiquaq;	vndequaq;
13	1	8	Sardinicem	Sardinicam
13	1	10	reſetaſſe	reſeraſſe
13	1	27	pileſtram	palæſtram
13	2	15	nec	non
13	2	48	Choroniſta	Chroniſta
13	2	49	Protomartiris	Protomartyris
13	2	55	Chriſtianos	Chriſtiani
14	1	32	elignatur	eliguntur
14	2	24	deſturriſſe	detuliſſe
14	1	30	porthum	portum

14	1	30	Poutifices	Pontifices.
14	1	36	martire	Martyre
15	2	4	voluntas	dic: Diuina voluntas
17	1	51	vrbibue	vrbibus.
17	2	7	labnlario	tabulario.
18	1	38	Athanaij.	Athanaſij.
18	2	21	nou	non
19	2	8	præcauit	prædicauit
20	1	3	Taedorum	Theodorum
20	2	10	conſperto	conſperſo
21	1	30	epitahium	epitaphium
22	2	38	Sybolum.	Symbolum
23	1	40	grecis	gregis
25	1	5	exin[illegible]recto	ex nde directo
28	1	42	habuis	habuit
33	2	27	fiater	frater.
33	2	48	ſuſtrapanea	ſuffraganea
36	1	22	ragna	regna
38	[illegible]	39	verbis	vrbis
39	2	38	mote affeſtus	morte affectus
40	[illegible]	21	accolluiſſe	accoluiſſe
40	2	35	vrbe	ex vrbe
44	[illegible]	7	Martyrioni.	Martyrum
44	2	6	commilitoribus	commilitonibus.

Surrepſiſſe alia non dubitamus erratula; lector aduertat. Index deſideratur, Calaritana poteret ſtudioſe iuuentus attexere.

FLORENTIAE,



Ex Typographia Sermartelliana. M.DC.XXXIX.
Superiorum permiſſu.

A01 1472935